This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Br
1340
45

Louisa Beaufort Grimaldi

Bm 1340.45

HARVARD COLLEGE
LIBRARY



ROTULI

DE DOMINABUS ET PUERIS ET PUELLIS

DE DONATIONE REGIS

IN XII COMITATIBUS:

LINCOLNSCIR, NORHAMTONSIRE, BEDEFORDSIRE, BUKINGHAMSIRE, ROTELAND,
HUNTEDONSIRE, NORFFOLK, SUDFOLK, HERTFORDESIRE,
ESSEX, CANTEBRIGESIRE, MIDELSEX,

DE ITINERE HUGONIS DE MOREWICH, RADULFI MURDAC,
WILLELMI VAVASSUR ET MAGISTRI THOME DE HESSEBURN;

ANNO 31 REGIS HENRICI II. 1185.

CURANTE STACEY GRIMALDI, ARM. S.A.S.

LONDINI . GULIELMUS PICKERING.
M.DCCC.XXX.

Br 1340.45

*

HARVARD COLLEGE
JAN 31 1924
LIBRARY

Gross fund

LONDON:
PRINTED BY SAMUEL BENTLEY,
DORSET STREET.

PREFACE.

THE Rolls which are printed in the following pages have been transcribed by permission of the Trustees of the British Museum, from a copy certified by Sir Simonds Dewes and Roger Dodsworth to have been compared by them with the originals, on Thursday, the 3d of May, 1643, preserved in the volume in the Harleian Collection, No. 624.

The Rolls relate to the twelve Counties mentioned in the title-page, and contain Abstracts of the Inquisitions taken in the year 1185 (31 Henry II.) for the purpose of ascertaining the wardships, reliefs, and other profits due to the King from widows and orphans of his tenants in capite; minutely describing their ages and heirship, their lands, the value of them, the beasts upon them, and the additional quantity necessary to complete the stock.

The date of the record is ascertained from the Pipe Roll, of the 31 Henry II. where it appears that the Justices Itinerant, by whom these inquisitions were collected, were such in that year; and it appears from various entries that the evidence was obtained by the Sheriff or Escheator before jurors, and that the inquisitions were presented to the Justices in their iters.

The Record has much claim to the notice of the historical antiquary, and matters of very great interest receive elucidation from it.

There are but four national records of earlier date, namely, 1. The Domesday Book; 2. The Chartæ Antiquæ, in the Tower of London, both of the time of William I.; 3. The Pipe Rolls, commencing in the reign of Stephen; and 4. The Black Book of the Exchequer, compiled in the reign of Henry II. Of these, the first was printed in the year 1763, at the

expense of the nation. Of the second, a Calendar was printed in 1774, at the expense of Sir Joseph Ayloffe, Bart. The Records (called the Pipe Rolls) have not yet been published, though much desired; and the fourth Record was published in 1729, at the private expense of Thomas Hearne, the Antiquary.

The Latin in which it is written has many words or terms, which are of too rare occurrence to be found in the ordinary glossaries.

The Genealogical information in it is very great, and of additional value as relating to a period thirty-three years prior to the earliest inquisition *post mortem*.

The Tenures of various lands (unnoticed in Blount) appear in the Record.

Many Titles of Honour are named; no less than fifteen Earls are particularized.

Several Manorial Honours, as well as Manors, are described, and Mills are not unfrequently mentioned, evidence of the existence of which at that period is important, since it relieves them from payment of tythes.

Females are generally stated to have married at the ages of eighteen or nineteen years.

The greater part of the Estates were understocked, but the lands in the possession of the Monks are more than once represented to have been overburdened, and the tenants grievously rackrented; John the clerk is recorded to have been guilty of fraud.

The value of the land and of the stock is often so clearly set out, that it affords a basis for more correct conclusions upon the value of money at that remote period, than have probably been hitherto arrived at.

The rental of the majority of the estates of the tenants in capite was about 20*l.* per annum; some were as low as a very few pounds, and one was as high as 42*l.*: from all of which it seems probable that the historical statement of William the Conqueror having a yearly income of 400,000*l.* is erroneous.

The specification of the several beasts affords information of the domestic policy of our early ancestors; the total stock of forty-seven of these great tenants taken promiscuously, was as follows: 86 ploughs, 8198 sheep,

199 hogs, 109 oxen, 202 cows, 32 bulls, 15 boars, 82 sows, and 17 beasts of burden: this aggregate would give 174 sheep to each tenant. Horses are so rarely mentioned that it is probable they were omitted intentionally.

The house belonging to the widow of Robert de St. Paul, and given to her in dowry, was worth 8*l.* per annum.

The existence of the original Rolls has not hitherto been discovered; in the manuscript of Sir Simonds Dewes, from which the transcript in these pages has been made, it is in several places stated that the originals were, in 1639, much destroyed by time; and the 12th Roll having been separated from the others, was not met with until 1643. Sir William Dugdale quoted them in his Baronage published in 1675, and no person appears to have noticed them from that time until the year 1829, when their loss was pointed out, in the preface to a work entitled "Origines Genealogicæ," to accompany which volumes this publication is now made, in order that the contents of so interesting a record may no longer be subject to the casualty of total oblivion by remaining confined to a solitary transcript, after the original in the *safe* archives of the Remembrancer of his Majesty's Exchequer has perished. It seems scarcely just to conclude this account of a record, which is only now known from the gratuitous labours of an individual, without acknowledging how deeply this country is indebted to the antiquaries of former days for their indefatigable exertions, and how much we owe to the patriotism of Harley, Cotton and others, who collected and preserved the fruits of such labours.

STACEY GRIMALDI.

Copthall Court, London,
July 1830.

ROTULUS I.

DE DOMINABUS ET PUERIS ET PUELLIS DE LINCOLNSCIR.

Uxor EVERARDI DE ROS, que fuit filia WILLELMI TRUSSEBUT, est de donatione Domini Regis, et xxxiiij annorum, et habet ij filios, primogenitus est xiij annorum, et terra ejus est in custodia RANULFI DE GLAMVILLE. Terra dicte Domine in STROWESTONE quam habet in dote, valet annuatim xv libris, cum instauramento ij carrucarum, et c ovium, et iij porcorum, et j equi, nec potest plus valere.

MATILLIS DE SAINLIZ, que fuit filia ROBERTI filii RICARDI, et mater WILLELMI DE ALBENEIO, est de donatione Domini Regis, et est lx annorum. Terra sua in HUNGERTONE et in WINEWELLE, valet x libris, cum instauramento ij carrucarum, et viij.xx. ovium, et ij equorum, et v porcorum, nec potest plus valere.

Filie MATHEI DE NEVILLE sunt de donatione Domini Regis, et in custodia HUGONIS DE CREISSI elapso j anno a Nativitate Domini; et prius his viij annis, fuerunt in custodia ROBERTI DE STUTEVILLE, cum terra earum quam habent in DENTONE, que valet viij marcis per annum: et tantum inde recepit annuatim ROBERTUS DE STUTEVILLE viij annis, et nichil amplius, et eandem firmam recepit HUGO DE CREISSI elapso j anno a Nativitate Domini: et si appositum esset instauramentum j carruce, et c ovium, dicta terra valeret annuatim viij libris. Etas dictarum puellarum ignoratur à juratoribus, quia sunt in transmarinis partibus.

LANGHO WAPENTAK.

THOMAS DE ARCI, filius THOME DE ARCI, est in custodia Domini Regis, et est xviij annorum. THOMAS DE ARCI, pater ejus, obiit die Sancti Swithuni, v annis elapsis. WILLELMUS BASSET saisivit totam Baroniam ejus in manus Domini Regis, et tradidit eam MICHAELI DE ARCI, cum hoc instauramento, scilicet, viij bobus, lx ovibus, v mar-

catis bladi. MICHAEL DE ARCI tenuit dictam terram NORTONE et DUNSTONE per annum et dimidium; primo anno recepit inde xij libras de assiso redditu, et de perquisitionibus xxviij solidos; dimidio anno sequenti, recepit c solidos et xij solidos et iij denarios de assiso redditu, et de perquisitionibus xx solidos. Postea recuperavit ALICIA, uxor THOME DE ARCI, custodiam filii sui, et terre cum dicto instauramento et blado, et tenuit terram per annum, et in fine anni obiit: et postea fuit saisita dicta terra in manum Domini Regis, et Justiciarii Domini Regis tradiderunt eam custodiendam MICHAELI DE ARCI et HEREVEO DE OSSINTON, qui eam tenuerunt per annum et dimidium, et primo anno post obitum dicte ALITIE, receperunt xx libras et viij denarios de assiso redditu, cum instauramento viij boum et ij equorum, et de perquisitionibus vj libras; sequenti anno receperunt x libras et iiij denarios de assiso redditu, et de perquisitionibus iij libras. Dicta terra valet annuatim, sine instauramento et sine dominico, xvj libris; et si dominicum esset instauratum iiij carrucis, et cccc ovibus, et xx vaccis, et ij tauris, et xx porcis, posset tota terra valere xxvij libris. Preterea WILLELMUS BASSET cepit de dicta terra primo anno post obitum THOME, de franco plegio, j marcam; secundo anno x solidos; tertio anno viij solidos. De catallis MICHAELIS DE ARCI, cepit WILLELMUS BASSET, xiij boves, et ij equos, lxxiij oves, et xv porcos, et bladum waignagii unius carruce, et DCCC turvas turbarum,[1] et j mullonem feni, que appretiata fuerunt xv libris et xiiij solidis. Dicta terra fuit iij annis in manu Domini Regis, et WILLELMUS BASSET cepit inde singulis annis, iij libras de communi auxilio, scilicet, ix libras.

BILINGEIA est de ARCHIEPISCOPATU EBORACENSI, et est in manu Domini Regis cum herede, scilicet, filio PETRI DE BILINGEIA, qui est xv annorum. Dicta villa reddebat tempore PETRI, vj libras et x solidos et viij denarios, et sine dominico; et si dominicum esset instauratum ij carrucis, et xx vaccis, et ij tauris, et c ovibus, et x porcis, et j verre, dicta terra valeret xj libris et xviij denariis. Post obitum PETRI, exaltavit ARCHIEPISCOPUS dictam villam ad xvj libras, et ideo, ut aiunt Juratores, est villa destracta et homines destracti. Dicta villa fuit in manu Domini Regis iij annos et dimidium, et homines reddiderunt firmam RADULFO DE HUNTENDON per preceptum custodum Archiepiscopatus, scilicet, LAURENTII ARCHIDIACONI BEDEFORD, et magistri ROGERI ARUNDEL, et WILLELMI LE VAVASSUR, scilicet, primo anno xv libras et xvj solidos, et de j libero homine quedam calcaria deargentata, et de quodam alio j libram piperis, et de reragio Archiepiscopi, vj solidos et viij denarios; secundo anno reddiderunt eidem xvj libras, et similiter calcaria, et j libram piperis; tertio anno ix libras et iij solidos et iiij denarios, et similiter calcaria, et j libram piperis; dimidio anno xxvj solidos et viij denarios, et similia calcaria, et j libram piperis; et WILLELMUS BASSET Vicecomes, habuit de dicta villa dum fuit in manu Domini Regis, de auxilio Vicecomitis lxx solidos.

Uxor que fuit PETRI DE BILINGEIA, est de donatione Domini Regis, et WILLELMUS TALUN habet illam; sed nescitur a juratoribus si disponsaverit eam, vel non.

[1] Cespitus portiunculas, pro carbone comburendas.

Filius ALBERTI GRESLE, quem habuit de filia THOME BASSET, est xj annorum, et in custodia GILLEBERTI BASSET per preceptum Domini Regis. Terra sua in SWINESHAVED die mortis ALBERTI GRESLE, valuit C et ij solidis sine instauramento quod est in manerio, scilicet, xxij boves, et ij vacce, et j taurus, et iij juvence, et ij vituli, et lx porci. THOMAS BASSET recepit inde ij firmas, scilicet xlij solidos. GILLEBERTUS BASSET, post mortem THOME, recepit inde tres firmas, scilicet, lxxvij solidos; et xxx solidos de fabis et frumento; et de placitis xxix solidos. Post tradiderunt GILEBERTUS BASSET et RADULFUS GIBEWIN, dictam terram ad firmam ALANO DE WICHETOFT et JOHANNI CLERICO et WALTERO DE HERLANE et JOHANNI filio ASTUN, pro xviij libris, preter moram et pomerium, cum predicto instauramento, et cum omnibus exitibus terre; et de his xviij libris recepit GILEBERTUS BASSET iiij libras et x solidos. Postea tradiderunt GILEBERTUS BASSET et RADULFUS GIBEWIN, NIGELLO filio ALEXANDRI, et ROBERTO DE BURUN, dictam villam per preceptum Domini Regis, pro xx libris per annum; et ipsi tenuerunt eam jam per ij annos et iij partes anni, per predictam firmam xx librarum, et non potest terra plus valere.

MARGARETA COMITISSA soror REGIS SCOTTORUM, est de donatione Domini Regis, et est xl annorum, et habet terram in CHIRCHETONE Wapentakio, que data fuit sibi in dote pro xxj libris. Anno quo fuit in manu Domini Regis, reddidit xxiij libras, de quibus REINERIUS, Senescallus RANULFI DE GLAMVILLE, recepit ad opus Domini Regis C et xv solidos, dum fuit in manu Domini Regis, scilicet, de quarta parte j anni. Modo terra est in manu Comitisse, que apposuit postea iiij carrucas, et possent apponi cc oves.

Uxor ROBERTI filii HUGONIS DE TATESHALE, est de donatione Domini Regis, et neptis COMITIS GILEBERTI DE GANT: et ignoratur de terra ejus, quia nichil habet in Wapentakio de HORNECASTRE, cujus hoc est verumdictum.

Filius GILEBERTI HANSARD, est in custodia Domini Regis, cum terra sua de SUCHELESEIA, cum omnibus pertinentiis, a xv diebus post festum Sancti Michaelis, quia ROGERUS DE MUNTBEGUN noluit recipere homagium GILEBERTI HANSARD. Bladum quod ibi invenit Senescallus ROGERI DE MUNTDEGUN,[1] valuit xxiij libris et vj solidis, in frumento, et ordeo, et fabis, et avena, et brasio. Dictus ROGERUS habuit saisinam dicti manerii, usque ad xv dies ante Natale, et recepit de firma iij marcas et dimidiam; et dictus Senescallus asportavit de minutis utensilibus, ad valentiam trium marcarum. Exinde fuit in manu Vicecomitis, usque ad iij septimanas ante Pentecosten, qui nichil inde recepit. Postea fuit in manu HUGONIS DE MOREWICH, et adhuc est; qui inde recepit de firma lj solidos et iij denarios. Dicta terra valet sine instauramento viij libris, et j marca, que reddenda est CANONICIS DE TURNETON pro dimidia carrucata terre, quam GILEBERTUS HANSARD tenuit de illis in vita sua; et cum instauramento iiij carrucarum, et cc ovium, et v vaccarum, et j tauri, valeret terra xvj libris et j marca. Heres est in custodia matris, que est de donatione EPISCOPI DUNHELMENSIS: et hec terra est instauranda.

[1] Sic MS. Harl.

Filius PETRI POUNEL, qui est iiij annorum, est in custodia Domini Regis, cum terra sua in WESTRASE; et fuit a festo Sancti Martini usque nunc; et in custodia Vicecomitis, per preceptum Domini Regis, qui de firma anni preteriti, cepit inde per WILLELMUM filium SIWARDI, xix libras et iiij solidos et viij denarios et obolum; et de firma hujus anni, xiij libras et xvij solidos et x denarios. Dicta terra valet annuatim xxxviij libris et j marca, et dicta maneria Domine de MERCHEZ,[1] cum instauramento quod ibi est, scilicet, vj carrucis, cccc ovibus, xxx vaccis, ij tauris, x suibus, ij verribus, et j avero; et si adderentur x vacce et cc oves que desunt, dicta terra valeret per annum xlij libris: et hec terra precipitur instaurari. UXOR que fuit PETRI POUNEL, est de donatione Domini Regis.

SCHIREBECH WAPENTAK.

COMITISSA DE RICHEMUNT, que est soror REGIS SCOTIE, habet in nundinis de SANCTO BOTULFO, redditum viij marcarum vel ampliorem, scilicet, quando nundine sunt bone; et j culturam habet in campis, que valet x solidis; de firma ville SANCTI BOTULFI habet annuatim iiij libras, quas RICARDUS Prepositus, recepit per preceptum REINERII. Comitissa fuit dissaisita [de] terra sua per preceptum Regis, et interim cepit REINERIUS de terra sua in villa SANCTI BOTULFI, vj libras et ij solidos.

Uxor SIMONIS DE CRIEVEQUEUR, que fuit filia ROBERTI filii ERNISII DE GOUSELE, est in donatione Domini Regis. Terra sua in HUDDINTUNE valet c solidis, et est de feodo WALTERI DE NEVILLE. Terra illa non potest plus valere. Ipsa est xxiiij annorum, et habet ij filios et ij filias. Primogenitus est v annorum, et est in custodia matris per Dominum Regem.

ALIZIA BASSET est in donatione Domini Regis, et habet vj bovatas terre in BUNETORP, quas tenet in capite de Rege; et valent per annum viij libris.

Terra ALBERTI GRESLE, in SEXELEIA, cum pertinentiis, valuit die qua obiit iiij libris et x solidis; et hoc fuit instauramentum, iiij carruce quelibet viij boum, et iij boves, iij vacce, ij juvence, et c et $\frac{xx}{iiij}$ et xv oves, et xxviij porci. THOMAS BASSET, et GILEBERTUS filius ejus, habuerunt custodiam per preceptum Domini Regis, per j annum. THOMAS recepit inde ij firmas, scilicet, xlj solidos et vj denarios, et xl summas frumenti, et de brasio xxx summas, de avena x summas, quas omnes expendit apud Lincolniam, et in terra ALBERTI; et in adventu suo ad SEXELEIAM expendit x summas de frumento, et avenam que valuit xlv solidis. GILEBERTUS BASSET recepit inde de firma xlj solidos et vj denarios; et de placitis iij marcas; de blado xij marcas; de lana v marcas et dimidiam; et de iij bobus et ij juvencis x solidos. Istud Manerium cum firma et instauramento et perquisitionibus, fuit affirmatum per preceptum Domini Regis, per GILEBERTUM BASSET et RADULFUM GIBEWIN, pro xx libris per annum; et traditum ALIC' Pretori, et ROBERTO DE HEINTONE, et WILLELMO filio ROBERTI, et WILLELMO filio TUROLDI, qui illud tenuerunt per j annum, et reddiderunt quartam partem firme, scilicet c solidos,

[1] Obscurum fuisse totum hoc comma in Rotulo videtur.

GILEBERTO BASSET, et xv libras ejusdem firme, NIGELLO filio ALEXANDRI, et ROBERTO DE BURUN. Et ex . . . NIGELLUS filius ALEXANDRI . . . . . tenuerunt et tenent illud manerium per dictam firmam. Et preter dictum instauramentum, possunt ibi esse xlv oves, que si apponerentur, firma posset augeri de xij solidis, et preceptum [est] instaurari.

Filius HEREBERTI filii GILEBERTI, est in custodia Domini Regis, et x annorum, et terra sua de RIGESBI est de feodo ARCHIEPISCOPATUS EBORACENSIS, que fuit sesita in manum Domini Regis, per custodes Archiepiscopatus, ad festum Sancti Botulfi proximo preteritum: et redditus dicte terre sunt xxx solidi . . . . . est ibi instauramentum, et si essent ibi ij carruce, et cc oves, et xv vacce, et iiij sues, et j verris, terra valeret x libris et vij solidis.

Uxor ROBERTI filii HUGONIS, est in donatione Domini Regis, et est l annorum. Dos sua valet xx libris, cum iiij carrucis, et cc ovibus, et x vaccis; et non sunt ibi nisi iij carruce, et lx oves, et vij vacce. Ipsa fuit filia WILLELMI filii WALTERI DE WELLE, et habet x pueros.

Filius WILLELMI filii CHETELLI, Ostriciarii Domini Regis, est de custodia Domini Regis, et in custodia matris sue per Dominum RANNULFUM DE GLANVILLE, et est xij annorum. WILLELMUS BASSET vicecomes saisivit terram, et nichil inde cepit, quia mater heredis finivit statim cum Domino RANNULFO, pro x marcis, de custodia filii sui . . . . ut liceret ei nubere ad voluntatem suam. Et WILLELMUS filius CHETELLI, nichil tenuit in capite de Domino Rege, preter illud quod tenuit de Rege in Soka de HORNECASTRE, et per firmam quam reddebat GEREBODUS DE ESCALIIS, qui tenuit Socham de HORNECASTRE, et adhuc tenet per anñ . . . . .

ROTULUS I. IN DORSO.

Heres WILLELMI de VESCI est xiiij annorum, et in custodia Domini Regis. Quando ADAMUS DE CARDVILL recepit custodiam terre sue in CATTORP, invenit ibi xxviij boves, quorum unus mortuus fuit; et v averos, quorum unus mortuus fuit; vij porcos unius anni, et viij minores; et DC oves, de quibus cc et lx fuerunt vendite xv marcis et xj solidis et viij denariis; de residuis, mortue fuerunt cc et iiij.xx. quarum pelles vendite fuerunt iiij libris et xij solidis. Idem cepit de firma, per REGINALDUM DE FRISTUNE, primo anno, xxxix libras et ix solidos et x denarios, et j capellum de Pavone[1] de redditu WILLELMI DE PINKENNIA. Postea recepit HUGO DE MOREWICH custodiam de CATTORP, et invenit ibi xxvij boves, et iiij averias, et j vitulum, et ij sues, et vij porcos juvenes, et l oves, et xxxiij pelles, et xvij que nullius sunt pretii. CATTORP cum pertinentiis, potest valere per annum xxxvj libris et xvj solidis et v denariis, si esset ibi rationabile instauramentum, quod posset sustineri; scilicet, v carruce, D oves, ij vacce, iij sues, j verris.

[1] Galerus e pennis pavoneis confectus.

Assisus redditus in dicta villa sunt xxj libre; et pratum de WIDDENESSE appreciatur annuatim cum dominico, et cum predicto instauramento, et cum placitis et perquisitionibus, x libris et v solidis: preterea est ibidem quidam redditus de blado, qui valet j marca; et cum instauramento quod ibi est, valet manerium xxx libris et iiij solidis et j denario et obolo. Dicta villa fuit in manu Domini Regis, elapsis ij annis ante Pascha proximo preteritum, et dum fuit in manu ADE DE CARDVILLE, Vicecomes cepit inde de auxilio, x solidos. De matre dicti heredis, nesciunt Juratores an sit in donatione Domini Regis, quia nullum habet tenementum, nisi dotem suam, quam tenet de hereditate filii sui, cui facit inde servitium.

KALSEWATH WAPENTACH.

In RISEBI, que est de feodo ARCHIEPISCOPATUS EBORACENSIS, est quedam Vidua GALFRIDI DE TURS, et neptis GALFRIDI DE NOVILLE, que fuit uxor HEREBERTI filii GILEBERTI; et est de donatione Domini Regis per Archiepiscopatum, et est xxx annorum; et habet vij pueros, quorum primogenitus est decem annorum, et in custodia custodum Archiepiscopatus. Ipsa nullam habet terram nisi dotem suam, que valet annuatim lxij solidis; cum instauramento unius carruce que ibi est; et si adderentur lx oves et dimidia carruce, terra valeret per annum iiij libris et vj solidis.

ELISABETH que fuit uxor ROBERTI filii HUGONIS, habet in MELTESBI, c solidos redditus de maritagio suo, de feodo WILLELMI filii WALTERI.

ROHISIA DE BUSSEI, que fuit filia BALDEWINI filii GILEBERTI, et uxor WILLELMI DE BUSSEI, est in donatione Domini Regis, et est l annorum; et habet duas filias, quarum primogenitam habet JOHANNES DE BUILLI, et alteram HUGO WAKE, per Dominum Regem. Heritagium suum in MORTONE valet xv libris per annum, cum instauramento iij carrucarum et cc ovium. Terra quam modo habet ibi, valet iiij libris, et superplus habent ij filie sue, et alii homines qui tenent per servitium suum.

AGNES, que fuit uxor WALTERI DE HACUNBI, et filia COLGUINI DE WELEBURNE, est de donatione Domini Regis; et est xl annorum, et habet duos filios et ij filias. Major natu filiorum est xviij annorum, et in custodia matris per Dominum Regem, pro v marcis quas ipsa dedit Regi, et Vicecomes eas recepit: et terra sua est de eschaeta Domini Regis de HACUNBI, et valet iiij libris per annum, nec potest plus valere.

MATILLIS DE LA HAIA, que fuit filia WILLELMI DE VERNUN, et uxor RICARDI DE LA HAIA, est de donatione Domini Regis, et est lvij annorum; et habet iij filias, quarum j habet GERARDUS DE CAMVILLE, et alteram RICARDUS DE HUMEZ, tertiam WILLELMUS DE ROLLES. SWANNETONE, que est dos ejus, valet xxx libris per annum, cum instauramento quod ibi est; scilicet, iij carrucis, et lx ovibus, x suibus, et j verre; et si adderentur lx oves, et vj vacce, et j taurus, posset terra valere xxx libris et xvj solidis.

ASWAREHIRNE WAPENTAK.

Filius WILLELMI filii RANNULFI, est in custodia Domini Regis per Episcopatum, et in custodia HUGONIS BARDULF per Dominum Regem; et ipse est viij annorum. HUGO BARDULF recepit de terra sua in SWAREBI,[1] his iij annis, xv marcas, quibus fuit in manu ejus. Terra illa valet annuatim v marcis, et non potest plus valere, quia nullum potest ibi esse instauramentum.

ROBERTUS filius OSBERTI SELVEIN, est in custodia Domini Regis, per EPISCOPATUM LINCOLNIENSEM, a festo sancte Crucis in Augusto, et est xj annorum et dimidii. Terra sua in WILEBI, cum iij carrucatis que ibi sunt in dominio, et ij marcis que ibi sunt de firma, valet per annum vij libris et vij solidis et viij denariis: et si ibi essent CC oves, valeret terra annuatim xj libris et dimidia marca. JOCELINUS DE EVERMUWA recepit dictam firmam, postquam fuit in manu Domini Regis; et j libram piperis, et j libram cumini, et ij denarios. RICARDUS BRITO et ROBERTUS DE HARDRES duxerunt inde ad CASTELLUM DE LA FORDE, c et xj esceppas bladi, quod valuit ix libris et xviij solidis.

FLAZWELLE WAPENTAK.

Uxor que fuit ROBERTI DE CAUZ, et mater uxoris RADULFI filii STEPHANI, Cambellani Domini Regis, filia RICARDI BASSET, et soror WILLELMI BASSET, est de donatione Domini Regis, et est l annorum et amplius. Terra ejus in RISCINTON, cum pertinentiis, valet xij libris per annum, cum instauramento quod ibi est; scilicet, ij carrucis, C ovibus, v vaccis, j tauro; et si adderentur C oves que desunt, valeret per annum xiiij libris. Hec terra est de Baronia RADULFI filii STEPHANI.

Uxor ALBERTI GRESLE fuit de donatione Domini Regis, et in ejus custodia per j annum et iij partes anni, sub custodia THOME BASSET: et intra hunc terminum reddiderunt, scilicet, RICARDUS filius SIWARDI, et WILLELMUS LE CORNUR, domine sue, de terra sua de BLACCHESHAM, ix libras et iij solidos et viij denarios de firma; et de blado vendito, C solidos et xij denarios. Dominus Rex dedit eam postea WIDONI DE CROUN, cum terra sua in BLOCCHESHAM. Ipsa habet j filium, heredem terre sue, qui est in custodia Domini Regis, et est xj annorum. Et tota Baronia est in custodia NIGELLI filii ALEXANDRI, per preceptum Domini Regis.

BALTESLAWE WAPENTAK.

MATILLIS DE DIVA, que fuit uxor WILLELMI DE DIVA, et filia WALTERI DE GAUFREVILLE, est de donatione Domini Regis, et est XXXV annorum. Terra sua de

[1] "Iwurebi," MS. Harl.

COREBI, est de EPISCOPATU LINCOLNIENSI, et est maritagium suum; et valet vij marcis cum instauramento quod ibi est; scilicet, j carruca et c.xl ovibus. Et si esset ibi alia carruca, et $\frac{xx}{iiij}$ oves, vj vacce, et j taurus, vj sues, et j verris, dicta villa posset valere per annum x marcis et v solidis et iiij denariis. Dicta domina habet ij filios et ij filias, et heres est x annorum, et in custodia WILLELMI DE DIVA.

MATILLIS COMITISSA CESTRIE, est de donatione Domini Regis, et fuit filia ROBERTI COMITIS GLOECESTRIE, filii REGIS HENRICI PRIMI, et est l annorum et amplius. Ipsa tenet WADINTON in dote, de feodo COMITIS CESTRIE, et firma sunt xxij libre per annum. Dicta villa valet per annum xl libris, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis, iiij vaccis, j tauro, iiij suibus, j verre, D ovibus que ibi sunt inter oves et multones et agnos; et non potest plus instauramenti pati. Redditus hujus ville, recepit Comitissa his viij annis.

JERENE WAPENTAK.

BERTIA COMITISSA, filia COMITIS DE EVERREROS, uxor HUGONIS COMITIS CESTRIE, est de donatione Domini Regis, et est xxix annorum. Maritagium et dos ejus sunt ultra mare, et ideo nesciunt Juratores quid valeant; sed Dominus Rex precepit, quod ipsa haberet xl libratas terre dominii sui in BELTESFORD et HEMMINGEBI et DUNINTONE: sed non habuit nisi xxxv libratas et x solidatas, quia, ut dicunt, dicta terra non potest plus valere, cum instauramento, quod Comitissa ibi recepit, scilicet, v carrucis, et ccc et xlj ovibus, et x suibus, et j verre; sed si in DUNINTONE apponerentur cc oves, et x sues, et j verris, tunc valeret terra quam Comitissa habet, xl libris.

JAREBURG[1] WAPENTAK.

In STALIBURG, habet THOMAS DE ARECI ij carrucatas terre, et ij bovatas, quas tenet in Baronia de Domino Rege; et valent per annum xvj libris et xv solidis, cum instauramento ij carrucarum que ibi sunt; et si ibi essent iij carruce, et xx vacce, et ij tauri, et x sues, et ij verres, et M et C oves, dicta terra valeret per annum xl libris. Ipsa fuit in manu Domini Regis, elapsis ij annis a festo sancti Mathei proximo preterito. MICHAEL DE ARCEIA et HEREVEUS[2] DE HORSINTON, qui fuerunt custodes, receperunt de firma x marcas et xij denarios, et de prato vendito ij annorum, viij marcas et ix solidos et iij denarios. Dictus THOMAS est xviij annorum, et habet ij fratres juniores se, et iiij sorores, quarum j fuit maritata vivente patre . . . . . DE MUNTBEGUN; et ij sunt nubiles; tertia est viij annorum: et sunt nati de Baronibus. Dictus THOMAS tenet de Domino Rege, feoda xx militum; et de feodo WILLELMI DE PERCI, feoda v militum.

AVICIA DE CRIEVEQUOR est de donatione Domini Regis, et est lxx annorum.

[1] "Irebi," MS. Lansdown. [2] "Helena," MS. Lansdown.

Ipsa habet feodum j militis in dominio, de feodo COMITIS LEGRECESTRIE; et de illo feodo habet in CROXTON iij carrucatas terre, que valent per annum xiiij libris, cum instauramento C ovium et ij carrucarum que ibi sunt: nec potest plus valere, nec plus instauramenti pati. ROBERTUS DE BOUESBEZ, filius filii sui, est heres ejus, et est xxij annorum; habet etiam iij filias, quas Dominus Rex maritavit.

BRAITELE WAPENTAK.

Mater RADULFI DE HUMESTAIN, que est consanguinea RADULFI filii DROGONIS, est de donatione Domini Regis, et est plusquam lx[1] annorum. Ipsa habet ij bovatas terre in dote, que ei reddunt annuatim dimidiam marcam. Ipsa habet ij filios, unum xxx annorum, alium xxiiij annorum, et j filiam xx annorum.

HAIWARDHO WAPENTAK.

HELEWISIA DE SWINOPE est de donatione Domini Regis, et est l annorum et amplius; et est Flandrensis natione, et fuit uxor SIMONIS DE CAUCI.[2] Terra sua valet annuatim x libris, cum instauramento quod ibi est, scilicet, ij carrucis, v vaccis, C et lx ovibus, et viij porcis; nec potest plus instauramenti pati, nec terra plus valere: de dictis x libris, reddit ipsa annuatim v marcas filio suo SIMONI. Medietas feodi pertinet ad Dominum Regem; alia medietas ad COMITEM BRITANNIE.

Uxor WALTERI FURMAGE, que fuit filia THOME DE NEVILLE, est in donatione Domini Regis, et est xxiiij annorum, et habet filiam heredem, que nondum est unius anni. Ipsa habet dimidiam carrucatam terre in CROSHOLM, pro qua reddit annuatim v solidos, et potest poni ad firmam, cum molendino, pro ij marcis. Eadem habet in SINTERBI iiij bovatas terre, quas habet in dominio, et arat eas cum una carruca, et sunt maritagium suum de feodo patris sui, et valet terra per annum xij solidis.

Uxor SIMONIS DE CRIEVEQUOR, que fuit filia ROBERTI filij ERNISII, et filia filie JOHANNIS INGELRAM, est de donatione Domini Regis, et est xxiiij annorum; et habet ij filios, major natu est v annorum, minor natu iiij. Terra sua in HANEWURTH valet annuatim C solidis, et non potest plus valere. Post mortem SIMONIS DE CRIEVEQUOR, terra de HAKENTON fuit in manu Domini Regis, et preceptum fuit Vicecomiti, quod uxor SIMONIS, cum filiis suis, inde haberet necessaria: et Vicecomes, per preceptum Domini Regis, dimidio anno, invenit ei necessaria, et vix potuit dimidio anno, de manerio, ei necessaria invenire. HAKETORNE, cum instauramento ij carrucarum, quas uxor SIMONIS post mortem ejus invenit, valet per annum C solidis et x solidis; ij carruce valent per annum lx solidis; et redditus assisi cum operationibus, l solidis; et si essent ibi CC oves, et ij vacce, et ij sues, terra valeret viij libris et x solidis. Vicecomes nichil inde recepit, nisi quod expendit in inveniendo predicte Domine necessaria, et quod in hoc expendit, valuit C solidis.

[1] "l annorum," MS. Lansd.

[2] "Cauti," MS. Harl. "Canci," MS. Lansd.

ROTULUS II.

DE DOMINABUS PUERIS ET PUELLIS [IN LINCOLNSCIRE.]

OLIVERUS filius JOHANNIS DE EINCURT est xxiiij annorum, et est nepos RADULFI MURDAC, et cum eo per Dominum Regem. JOHANNES DE EINCURT obiit elapsis ij annis, ad festum Sancti Leonardi; et tunc saisivit WILLELMUS BASSET terram predicti JOHANNIS, de LANGHO in manum Domini Regis, sed nichil inde recepit. Postea commendata fuit terra illa GALFRIDO filio PAGANI et HELIE DE FENECURT, et ipsi inde receperunt viij solidos. Postea commendavit Dominus Rex dictam terram, et OLIVERUM heredem JOHANNIS, RADULFO MURDAC, qui eam tenuit ij annis et dimidio; qui primo anno recepit de BRANSTONE xv libras et xij solidos et vj denarios, de redditu assiso; et secundo anno, xx libras de redditu assiso, de perquisitionibus lx solidos, iij denariis minus; de venditione bladi c solidos: de dimidio anno sequenti, recepit ix libras et x solidos. Quando JOHANNES obiit, reddidit BRANSTONE xv libras de firma assisa; et modo reddit xix libras. MONACHI DE CHIRKESTED habent dominium in vadimonio, et totam pasturam ejusdem ville, qui ita oneraverunt eam ovibus et aliis averiis, quod non potest plus sustinere. De BLANGENIA, cepit RADULPHUS MURDAC primo anno, x libras et xviij solidos, de firma assisa; de purcatto j marcam: secundo anno cepit de firma xvj libras et v solidos; dimidio anno sequenti, iiij libras et x solidos. Domina ALIZ uxor JOHANNIS DE EINCURT, cepit c solidos de dote sua in predicta villa, dimidio anno. BLANGENIA tempore JOHANNIS, valuit xv libris per annum, cum instauramento j^{m} carruce; et modo valet xviij libris, cum instauramento iij carrucarum, que ibi sunt, et cum j vacca, et j vitulo, et j equo; et non potest dicta villa plus instauramenti pati, propter averia MONACHORUM DE KIRCHESTED, et firmam de SIMPLINGHAM, et FRATRUM TEMPLI. Preterea RADULFUS MURDAC cepit x libras et xij solidos et j denarium, in dicta villa, de releviis, et de terris que fuerunt in manu sua antequam homines finem fecissent. Post mortem JOHANNIS DE EINCURT, obiit PHILIPPUS Persona de TIMBERLANDA, et CANONICI DE TURGARTONE tenent ecclesiam illam. Dictus PHILIPPUS solebat reddere dictis Canonicis dimidiam marcam, nomine pensionis, sed nescitur ex cujus donatione dictus

PHILIPPUS habuit dictam ecclesiam, sed pater ejus habuit illam ex donatione WALTERI DE EINCURT.

ALIZ DE EINCURT, que fuit uxor JOHANNIS DE EINCURT, est in donatione Domini Regis, et habet x libratas terre in dote in BLANGENIA.

NESSE WAPENTAK.

Filius PETRI DE COTE[1] est xviij annorum, et in custodia ABBATIS DE WELLEBECH, cum terra sua de CARLEBI, que valet annuatim iiij marcis et xl denariis sine instauramento; et si apponeretur ibi j carruca de viij bobus, et lx oves, et ij vacce, valeret dicta terra vij marcis et viij solidis et viij denariis; et terra illa est de feodo EPISCOPATUS LINCOLNIENSIS. Et dictus PETRUS occisus fuit elapsis ij annis ad festum Sancti Michaelis, et exinde recepit dictus Abbas redditus de CARLEBI.

MANLET WAPENTAK.

MATILLIS que fuit uxor REGINALDI DE CRIEVEQUEOR, est de donatione Domini Regis, et est lx annorum et amplius. In terra sua de REDBURNE sunt v marce assise[2] in terris et molendinis, et potest dominium coli ij carrucis et dimidia; et fuerunt ibi iij carruce, quas fecit amovere[3] Vicecomes per servientes suos: et si in predicta terra essent xx vacce, et D oves, et xx porci, ipsa valeret annuatim xv libris.

ROTULUS II. IN DORSO.

BERTONE, que fuit WILLELMI PAINEL, est in custodia Domini Regis cum herede, qui est iij annorum, et in custodia WILLELMI VAVASSORIS per Dominum Regem. Tempore WILLELMI PAINEL, qui fuit dominus ante FULCONEM PAINEL, fuit BERTONE posita ad firmam cum ij carrucis, pro xj libris; et modo potest valere per annum xj libris, cum hoc instauramento; scilicet, xviij bobus, xiij vaccis, et j tauro, et ij stircis ij annorum, et ij juvencis ij annorum, et ij vitulis j anni, et v vitulis presentis, et ij hercioris, et ij suibus, et iiij porcis junioribus: et hoc instauramentum totum ibi est, et non potest plus sustinere. WILLELMUS VAVASSOR recepit inde custodiam, ad Pentecosten proximo preteritum, et cepit inde lx solidos de firma. WILLELMUS BASSET habuit custodiam inde anno preterito, et cepit inde de firma xxij libras et vj solidos, et de blado vendito ij marcas, et de porcis venditis ij solidos; et de firma presentis anni lxxj solidos et vij denarios, qui deberent dari ad festum Sancti Michaelis proximo venturum. Idem cepit de hominibus pro consilio et auxilio dimidiam marcam. WILLELMUS DE SAPERCOTE cepit de OSBERTO serviente, de blado vendito xj solidos et iij denarios, ad opus Vicecomitis. Et fuit terra in manu Domini Regis, elapso j anno ad festum Sancti Johannis Babtiste proximo preteritum.

[1] "Core," MS. Lansd. [2] "x marc' redd' assise," MS. Lansd. [3] Sic MS. Harl.

ROTULUS III.

DE DOMINABUS ET PUERIS ET PUELLIS IN NORHAMTONSIRE.

ROBERTUS filius HUGONIS, qui est xx annorum, est in custodia Domini Regis cum terra sua. Ipse habet ex donatione quam fecit Dominus Rex, ROBERTO filio SEWINI avo suo, in campis de Norhamton, ij carrucatas terre, quarum unam tenet ENGELRAMUS filius HENRICI, de dicto ROBERTO pro ij solidis per annum, et ipse ROBERTUS tenet aliam in manu sua, que valet per annum xxiiij solidis et viij denariis, cum hoc instauramento, scilicet, iij bobus, et ij tauris, et xvj ovibus; iste ij carrucate terre valebant antiquitus lx solidis, cum xij bobus, et C ovibus, et ij averis. De redditu assiso habet extra portam orientalem xviij solidos; extra portam de Nort' vj solidos, de redditu assiso, et vj denarios; et in SWINEWELLE STRETE xij solidos. Unde HOSPITALE DE JERUSALEM tenet ij solidos, de dono ROBERTI filii SEWINI; Infirmi SANCTI LEONARDI vj solidos; CANONICI DE DUNSTAPLE xij denarios; et DURANDUS ij solidos pro servitio suo; et ipse ROBERTUS tenet xij denarios in manu sua. Tali modo, reddebat terra predicta iiij libras, et xvj solidos, et vj denarios; et cum predicto instauramento, et iiij vaccis, posset terra valere C solidis. Et preterea, idem ROBERTUS tenet quoddam pratum de predicto dono Regis, quod jacet ad firmam de Norhampton, pro xx solidis, et computantur ad Scheccarium Domino Regi, et dicitur CHINGESHALE. Et preter predictos redditus, habet infra burgum et extra, vij libras de redditu asiso, et ij solidos et iij denarios, quos ipse tenet de pluribus annis, sine terra quam ipse tenet in UPTONE de Domino Rege.

EMMA que fuit uxor HUGONIS filii ROBERTI, et prius uxor ROBERTI DE SANCTO PAULO, et filia HENRICI TIART, est de donatione Domini Regis, et est xl annorum. Ipsa habet dotem in Oxeneforde sire, ex donatione ROBERTI DE SANCTO PAULO, que valet l solidis; et de maritagio in BRINTON lxiij solidos, cum instauramento ij carrucarum, C oviuni, et iij suum; et preterea habet in NORHAMTON in dote, j domum ex dono ROBERTI DE SANCTO PAULO, que valet annuatim viij libris. Et Dominus Rex dedit predictam feminam HUGONI filio ROBERTI, cum predicta domo, tenenda de Domino Rege pro ij solidis per annum; unde habet cartam Regis, sicut aiunt juratores. Filius

suus primogenitus est xx annorum, et habet filiam desponsatam xviij annorum, et puellam xvj annorum, et ij moniales, et ij alias juniores.

MATILLIS, uxor INGELRAMI DE DUMARD, est de donatione Domini Regis, et est plusquam xl annorum, et nullum habet heredem de INGELRAMO. Ipsa habet in dote tertiam partem de FAXTONE, que pars valet annuatim vij libris et vj solidis et viij denariis.

HUNDREDUM DE WILEBROC.

MARGARETA ENGAINE fuit in donatione Domini Regis intra hos viij annos; et GALFRIDUS BRITO desponsavit eam, ut dicitur, sine licentia Regis; et hoc fuit prius ostensum Justiciariis. GALFRIDUS BRITO invenit plegios habendi warrantum suum, iij septimanis post festum Sancti Michaelis, ad Scheccarium, de dicta MARGARETA quam duxit in uxorem; scilicet, THOMAM DE HALE, et ALANUM DE HALE, et JOHANNEM DE SUDWIC. Not' placit'.[1]

ALICIA que fuit uxor FULCONIS DE LISORIIS, et soror WILLIELMI DE AUBERVILLE, est in donatione Domini Regis, et est l annorum; et habet ij filios milites, et ij alios, et vj filias maritatas, et iij filias maritandas, que sunt in custodia matris. Terra sua in GLAPTORN[2] valet C solidis, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis, et vj vaccis, et j tauro, et xxx porcis, et xl ovibus. Terra sua in ABITONE,[3] que est dos ejus, et in Hundredo de SPELHO, valet xiiij libris annuatim.

HUNDREDUM DE STOKES.

SIBILLA que fuit uxor GALFRIDI RIDEL, et soror WILLELMI MAUDUIT, est de donatione Domini Regis, et est l annorum. Terra sua in WESTONE cum molendino, valet lxv solidis, j denario minus; et in SUTTONE habet de suis liberis hominibus, liiij solidos de redditu, et j quadrantem. Ipsa habet ij filios et j filiam, sed non sunt heredes de dote ejus, sed RICARDUS BASSET, qui fuit de prima uxore viri sui.

ALICIA que fuit uxor THOME DE BELLO-FAGO, et filia WALERANNI DE OIRI, est in donatione Domini Regis, et est xx annorum. Ipsa habet in ESSELIA feodum j militis et dimidium, quod PETRUS DE ESSELEIA et ROBERTUS DE WATERVILLE tenent de ea; quorum servitium datum fuit in dote predicte domine. Ipsa habet j filium, qui est iij annorum, et est in custodia NIGELLI filii ALEXANDRI, et preterea ipsa habet in STRATONE xx libratas.

HUNDREDUM DE HOCKESLAWE.

YSOWDA que fuit uxor STEPHANI DE BELLO-CAMPO, et filia COMITIS DE FERRARIIS, est in donatione Domini Regis, et est xl annorum. Ipsa habet in BERNEWELLE x libratas terre, de feodo COMITIS in maritagio, et alias habet terras in comitatu de WIRCESTRE, quas tenet de Domino Rege. Ipsa habet j filium, qui est iiij annorum, et v filias.

[1] "Ista vocabula reperiuntur in margine Rotuli, eisdem cum Rotulo elementis exarata." MS. Harl. in marg.

[2] "Gloptonn," MS. Lansd. [3] "Albiton," MS. Lansd.

In villa de YSLEPE, est filius cujusdam militis xv annorum, qui est in custodia ALBRICI DE WITLEBERIA, per THOMAM filium BERNARDI: idem ALBRICUS habuit custodiam ejusdem pueri septem annis, et de terra ejus cepit xxxij denarios annuatim. Idem puer habet de terra ROBERTI filii ALBRICI, redditum xx solidorum; et de terra GERSVASII DE SUDBURC redditum iij solidorum; et terra illa est Sochagium.

In villa de STANFORD est quidam puer xviij annorum, qui fuit in custodia ABBATIS DE SELEBI quando obiit, et nunc est in custodia WILLELMI DE STANFORD, qui dedit ei filiam suam pro C solidis, quos dedit Domino Regi per dominum RANNULFUM DE GLANVILLE. Terra sua valet per annum xxiiij solidis sine dominio suo; scilicet, j carrucata terre; et ipse reddit de terra sua annuatim Domino Regi, j marcam argenti.

CLEILE HUNDREDUM.

BEATRICIA que fuit uxor ROBERTI MANTEL, servientis Domini Regis de honore de NOTINGHAM, est de donatione Domini Regis, et est xxx annorum. Terra sua in RODDES, quam habet in dote, valet xxx solidis per annum, cum instauramento j carruce, et sunt ibi vj virgate. Ipsa habet iij filios et j filiam; primogenitus est x annorum et in custodia ROBERTI DE SAUCEI, ut dicunt, per Regem, et alii pueri sunt cum matre.

Terra HAMUNDI filii HAMUNDI filii MEINFELINI, in WIKE, valet per annum iiij libris et x solidis, cum hoc instauramento; scilicet, ij carrucis, et l ovibus, et iiij vaccis, et iiij suibus, et j verre; et quia nullum est ibi instauramentum, non valet nisi xxxvij solidis.

HADDUNE, que est de honore COMITIS LEICESTRIE, fuit in manu Domini Regis; et RADULPHUS MORINUS cepit inde de lana et caseis xx solidos, et CC oves et xxx, et j ovem, et xxj boves, et v averos. RADULFUS DE WIRECESTRE recepit xv marcas de blado et feno, et de firma xj marcas et v solidos et vj denarios, et de pomaria v solidos. Dictam villam tradidit Dominus Rex, WILLELMO DE DIVA, et heredem, qui est xij annorum; et habet fratrem v annorum, et j sororem ix annorum, et aliam vij.

MARGARETA ENGAINE, quam desponsavit GAUFRIDUS BRITO, ut supra dictum est, habet in PICTESLEIA vj libratas terre; et ipsa est l annorum, et heres ejus est RICARDUS ENGAINE, et fuit filia RICARDI filii URSI.

ROTULUS III. IN DORSO.

ALBREIA DE HARWECURT est in donatione Domini Regis, et est l annorum, et habet iiij filios. Terra sua in BRANTESTON,[1] que est maritagium suum, valet per annum xiiij libris, cum instauramento iiij carrucarum, et iij C ovium. In eadem villa sunt iiij virgate terre, cum pertinentiis, que pertinent ad manerium Domini Regis de FALEWESLEA, et reddunt annuatim xij solidos et iiij denarios; et dicta ALBREIA tenet illas per voluntatem Domini Regis, et cepit de terra iiij libras et x solidos, preter firmam: et qui terram tenent, tenent eam scilicet libere et hereditarie.

[1] Vel Brancestun, MS. Lansd.

SIBILLA que fuit uxor GAUFRIDI RIDEL, et soror WILLELMI MAUDUIT, habet in FRIXTONE xx libratas terre, quas GAUFRIDUS BASSET ei dedit in dotem, de quibus RICARDUS BASSET est heres.

MATILLIS GULAFFRE, que fuit filia ROGERI GULAFFRE, et soror HEREBERTI GULAFFRE, est de donatione Domini Regis, et est lx annorum. Ipsa habet de WILLELMO DE CURCI xl solidatas terre in hundredo de NORTONE, et iiij libratas habuit in dote in parva BLAKEWELLE, de honore de NOTINGHAM, quam ipsa reddidit RICARDO filio suo, elapsis iij annis. Ipsa habet iij filios et ij filias, et heres ejus est miles; et predicta terra est de donatione Domini Regis.

DUO HUNDREDA DE SUTTONE.

Heres GILEBERTI DE MONTE, et filius, fuit in custodia THOME filii BERNARDI, cum iiij sororibus suis, et terra sua, elapsis viij annis, scilicet, postquam reddidit se in MONASTERIO DE EINESHAM; nunc autem heres est in custodia GALFRIDI filii PETRI, cum terra sua, et iij sorores ejus, et mater quarta maritata est cuidam libero homini de feodo illo, per donationem THOME filii BERNARDI. Heres est xv annorum, et fuit nepos THOME DE SANCTO JOHANNE, et JOHANNIS DE SANCTO JOHANNE, et HUGONIS DE PLUGENET, et WILLELMI FOSSARD. Terra ejus valet annuatim de assiso redditu, iiij libris et dimidia, et vj solidis, et v denariis; et hunc redditum recepit THOMAS filius BERNARDI dum habuit custodiam: et cum rationabili instauramento, scilicet, ij carrucarum, et C ovium, et iiij vaccarum, et j tauri, et iiij suum, et j verris. Terra sua in HWITEFELD valet viij libris et dimidia, et v denariis, et non sunt ibi modo nisi due carruce, de dicto instauramento. JOHANNES CLERICUS, qui tunc fuit Senescallus THOME filii BERNARDI, tradidit villate de HWITEFELD xl hogastros ad festum Sancti Martini, et recepit totidem bonas matrices oves ad Pascha pro eis, injuste cum agnis; et preterea cepit xvj tinatas cervisie, quarum quelibet valebat ij denariis, pro quibus nichil reddidit; et preter firmam cepit j bovem, et RADULFUS MORINUS dimidiam marcam de quodam homine de villa. Custodes THOME filii BERNARDI ceperunt intra hos viij annos, v libras et dimidiam de villa preter firmam, et viij solidos, injuste.

ALICIA DE ESSEX est de donatione Domini Regis, et est lx annorum, et est amita COMITIS WILLELMI, et soror COMITIS ALBRICI, et habet duos filios milites, et j filiam maritatam JOHANNI CONSTABULARIO CESTRIE. ARENHO quod est manerium ejus, quod etiam tenet de COMITE WILLELMO, valet annuatim xxx libris, cum hoc instauramento; scilicet, iiij carrucis, et CCCC ovibus, et cum vj suibus, et vij hogastriis; sed quia CCC oves deficiunt, terra non valet nisi xxvij libris.

Terra que fuit HAM' MEINFELIN in TANFORD,[1] est seisita in manum Domini Regis; sed nichil inde captum fuit postquam fuit in manu Domini Regis, et valet annuatim viij libris cum rationabili instauramento.

[1] "Lauford," MS. Lansd.

ROTULUS IIII.

HIC EST ROTULUS DE DOMINABUS ET PUELLIS QUE SUNT DE DONATIONE DOMINI REGIS IN BEDEFORDSIRE ET DE PUERIS; ET DE BUKINGHAMSIRE.

PRIMO DE BEDEF. ET POSTEA DE BUKINGH.

HUNDREDUM DE BEREFORD.

ALDA que est filia HUGONIS DE BELLO-CAMPO, et fuit uxor WILLELMI MAUBANC, est de donatione Domini Regis, et est xxx annorum; et habet iiij filias, quarum primogenita est xvj annorum, et in custodia HUGONIS DE BELLO-CAMPO. COKESDUNE, quod est maritagium ejus, valet annuatim ix libris; et cum iij carrucis, et c ovibus, et v vaccis, et j tauro, v suibus, et j verre, valeret xij libris.

HUNDREDUM DE WICKSTANETRE.

MARIA DE TRAILI, que fuit uxor GAUFRIDI DE TRAILI, est de donatione Domini Regis, et est xl annorum, et fuit cognata COMITIS SIMONIS. WALTERUS DE TRAILI est filius ejus et heres, et preter eum habet alium filium Monachum, et j filiam maritatam, et aliam Monialem. Terra sua, scilicet NORTHGILE, valet annuatim xiiij libris.

HUNDREDUM DE CLIFTONE.

MATILLIS DE KAINETO est in donatione Domini Regis, et habet ij filios; primogenitus est xviij annorum, alter xij. Terra sua in KAMELTONE, valet vij libris annuatim.

PETRUS filius ROBERTI DE SURIVE, est in custodia WILLELMI COMITIS, per dominum Regem, et est xv annorum, et habet ij hidas terre in WIMEDUNE, quas WISCHARDUS LEDDET tenet per WILLELMUM COMITEM, et dicta terra valet annuatim xl solidis; et cum instauramento j carruce, et xl ovium, et iiij vaccarum, et ij suum, valeret terra iiij marcis per annum.

HUNDREDUM DE BEKELESWADE.

GAUFRIDUS filius ROBERTI CAMERARII, fuit et est in custodia GAUFRIDI filii AZONIS, cum tribus sororibus et fratre suo. Predictus GAUFRIDUS habet annos etatis. DUNITONE, villa predicti GAUFRIDI, valet annuatim xv libris, cum hoc instauramento, scilicet, xij bobus, et iiij averis, et j vitulo, iiij suibus, et j verre, iiij.xx. ovibus, duabus minus. Hoc instauramentum receperunt homines de predicta villa quando receperunt villam ad firmam, a GAUFRIDO filio AZONIS. Predictus GAUFRIDUS filius AZONIS, cepit preter firmam, postquam habuit custodiam, de releviis, et aliis exitibus, xiij libras et x solidos.

HUNDREDUM DE FLETE.

BEATRICIA que fuit uxor RICARDI GUBIUN, est de donatione Domini Regis, sicut creditur, quia habet dotem suam in NORHAMTON; et ipsa est xl annorum, et eo amplius, et habet vij filios et vj filias. Ipsa habet in hundredo de FLETE, de feodo SIMONIS DE BELLO-CAMPO, xviij libratas terre.

HUNDREDUM DE MANESHEVE.

MATILLIS MALAHERBA est in donatione Domini Regis, et est xl annorum; et filium heredem militem habet, et preter eum filios et filias, et nescitur a juratoribus quot. Medietas ville de HOCCLIVE, que est maritagium suum, quam tenet de ROBE TO MALHERBE fratre suo, valet annuatim iiij libris, et xv solidis, et iiij denariis, cum j carruca que est ibi; et si apponerentur C oves, valeret C et xv solidis, et iiij denariis.

CHALGRAVE.

CHALGRAVE, que fuit hereditas ROGERI LE LOHERENG, post mortem ejus fuit in manu PHILIPPI DE WINDESORE v annis et dimidio, pro C et iij marcis, quas dictus PHILIPPUS dedit SIMONI DE BELLO-CAMPO, scilicet Domino feodi, ut haberet custodiam dicte terre, cum heredibus ROGERI: xviij annis post mortem PHILIPPI, AMAURIUS suscepit eandem custodiam per Dominum Regem, ad eundem terminum, et jam tenuit per ij annos et dimidium. PETRUS, heres predicti ROGERI, erit xij annorum ad proximum Pascha. Villa predicta cum pertinentiis, valet xxij libris et v solidis, cum instauramento quod ibi est. Domina AKINA habet inter x libratas. Preterea WILLELMUS LOHARENG reddit manerio j sprevarium sorum; et WILLELMUS filius HUGONIS, j libram piperis. Et si iij .C. oves apponerentur, redditus manerii posset crescere in lx solidos.

BUKINGHAMS.

ROTULUS DE DOMINABUS ET PUELLIS QUE SUNT DE DONATIONE DOMINI REGIS, ET DE PUERIS QUI SUNT IN EJUS CUSTODIA, IN BUKINGHAMSIRE.

HUNDREDUM DE CATESLAWE.

Filia WALTERI DE BOLEBEC que fuit ix annorum, a festo Sancti Michaelis, et[1] fuit in custodia COMITIS ALBRICI post initium Quadragesime. Terra sua de HWITCHIRCHE que est de feodo WALTERI DE BOLEBEC, fuit in custodia REGINALDI DE CURTENEI, ix annis elapsis a festo Sancti JOHANNIS; et valet annuatim xx libris, sine auxiliis, et dominio, et gardina, cum hoc instauramento, scilicet, iij carrucis, et j verre, et v suibus, et xxj purcello.[2]

HUNDREDUM DE STOKES.

WILLELMUS DE WINDESORE, filius WILLELMI DE WINDESORE senioris, est in custodia Domini Regis; et per eum est et fuit in custodia HAWISIE DE WINDESORE matris sue, per ix annos, cum terra sua, scilicet, HORTONE et ETONE. Predictus WILLELMUS est xviij annorum. HORTONE valet annuatim xiiij libris, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis de xvij bobus, et iiij averis, v suibus, j verre, v vaccis, et j tauro. ETONE valet annuatim x libris, cum hoc instauramento, scilicet, j carruca de viij bobus, et j avero, et ij vaccis.

HAWISIA DE WINDESORE est de donatione Domini Regis, et preter heredem suum prenominatum, habet vij filias; quarum ij sunt in transmarinis partibus, ij sunt moniales, iij sunt in donatione Domini Regis: etas dicte domine ignoratur a juratoribus, quia nata fuit transmarinis partibus.

Tres filie STEPHANI FORESTARII sunt in donatione Domini Regis in villa de HEURE. GALFRIDUS DE BOSCO habet matrem illarum et illas sorores, in custodia, cum dimidia virgata terre que est hereditas illarum in villa de HOUERE, per THOMAM BASSET: et defendit illam dimidiam virgatam terre, per servitium militis quantum pertinet ad dimidiam virgatam terre; et valet dicta terra dimidia marca.

[1] Forsan delendum *et*.

[2] Forte leg. *porcellis*.

ROTULUS IIII. IN TERGO.

HUNDREDUM DE RUELAUE.

Filia WALTERI DE BURTONE est de donatione Domini Regis, et tenet dimidiam hidam terre in BURTONE, quam Pater suus tenuit per serianteriam dispensarie; et ipsa est x annorum.

HUNDREDUM DE DUSTEBERGE.

In WICUMBA, terra que fuit GINANT, fuit in manu Domini Regis, cum ELIA filio et herede ipsius, et ij filiabus ejusdem, hiis viij annis; et heres ipsius est xvij annorum, et j filia xviij annorum, et altera xiiij. Dicta terra cum herede fuit in custodia ALEXANDRI MEDARII viij annis, per Dominum Regem; et terra, sine instauramento, valet iij marcis, quas dictus ALEXANDER annuatim recepit: et cum hoc instauramento, scilicet, viij bobus, ij averis, ij vaccis, et lx ovibus, et vj porcis, valent[1] annuatim v marcis; et terra non potest plus instauramenti pati, et defendit se pro quinta parte militis. Et preterea tenet heres j virgatam terre de feodo WICUMBIE pro vij solidis, et j acram pro ij solidis et iij denariis, que valet amplius xiij denariis annuatim. Hiis viij annis, cepit dictus ALEXANDER de dicta terra, iiij marcas de proficuo.

Filius[2] ANGOTI filii ANKETILLI DE WICUMBE, qui est xiij annorum, est in custodia Domini Regis, et per eum in custodia MATILDIS matris sue, per finem quam fecit cum Domino Rege, pro xl marcis: et habet dictus heres, scilicet ROBERTUS, iij fratres, et iiij sorores, quarum primogenita est xvj annorum. Terra sua in WICUMBE que se defendit pro feodo dimidio militis, valet annuatim C solidis, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis de xij bobus, et iiij averis et ij juvenculis, et iiij.xx. ovibus, et ij equis; nec potest plus instauramenti pati, nec plus terra valere. Preterea, filius ANGOTI habet molendinum quod pertinet ad feodum de WICUMBA, de quo solvit xxx solidos, et iij acras et dimidiam de burgagio, unde solvit vj solidos et dimidium, et superplussagium valet ei ij solidis et vj denariis.

MATILDIS uxor dicti ANGOTI, est xxx annorum, et fuit filia ROBERTI DE HAVECHFORD; et tenet quandam terram de ROBERTO DE ROTOMAGO, de qua reddit xxviij denarios, et valet preterea annuatim xv solidis.

In WICUMBA, uxor ROGERI PINEL, que est xxv annorum, et fuit filia JORDANI DE RATDENE,[3] est in donatione Domini Regis; nec habet aliquam prolem, et habet tertiam partem dimidie hide terre in dote.

[1] Forte leg. *valeret*. [2] "Robertus filius Angoti," MS. Lansd. [3] "Rateldene," MS. Lansd.

BASILIA, que fuit uxor DAVID[1] PINEL, fratris dicti ROGERI, et est xviij annorum, et fuit filia ROBERTI TAILARD de MERLAWE, est in donatione Domini Regis; et habet ij partes dicte dimidie hide terre, cum pueris suis, scilicet, j filio et j filia, qui sunt in custodia matris . . . per GILEBERTUM BASSET; et est filius iij annorum, filia ij annorum. Dicta dimidia hida duarum viduarum, valet annuatim xxx solidis, cum hoc instauramento, scilicet, viij bobus, et ij averis, et l ovibus, et vj porcis. Preterea dicte vidue tenent j virgatam terre de GILEBERTO PIPART, pro j hospitio per annum. Preterea, heres DAVID[2] tenet j acram terre, de THOMA DE SANCTO JOHANNE, de qua solvit ij solidos per annum, et valet sibi preterea xxxij denariis per annum; et dimidiam acram tenet de burgo pro xij denariis, de qua recipit preterea ij solidos. ROGERUS PINEL obiit elapsis v annis a pascha, et DAVID[2] elapso j anno, et postea vixerunt vidue vix de exitibus predicte terre.

WILLELMUS qui fuit filius WILLELMI DE NOERS[3] filii HUGONIS, est xviij annorum, et in custodia HENRICI DE PINKENI, cujus filiam desponsavit per Dominum Regem, elapsis jam iiij annis. Terra sua in MESSEDENA valet annuatim xv libris, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis, c ovibus, v vaccis, j tauro, xx porcis. HENRICUS cepit de villa postquam habuit eam, xxxviij libras et xiiij solidos de redditibus, de dono HAMU . . xij marcas, de placitis iiij marcas, de nemore iij marcas.

Filius ROBERTI MANTELLI, qui est x annorum, est in custodia Domini Regis, et habet dimidiam hidam terre in MESSEDENA, que est in custodia ROBERTI DE SAWCIA, et valet annuatim xx solidis. Filius ROBERTI MANTELL habet ij fratres et j sororem.

HUNDREDUM DE STANES.

AGNES DE MUNTCHENESY est de donatione Domini Regis, et villa sua de DUNTONE valet annuatim xxij libris, cum hoc instauramento, scilicet, iij carrucis, cc ovibus, iiij vaccis, j tauro, iiij suibus, et j verre.

HUNDREDUM DE SEGGEL'.

HAMO filius HAMONIS filii MEINFELIN, cujus pater obiit die Veneris ante Ascensionem, est in custodia Domini Regis, et est xx annorum, et habet tres sorores datas, et j monialem; et duxit uxorem per preceptum Domini Regis, et est de progenie COMITIS WARENNIE ex parte patris, nepos WILLELMI MAUDUIT ex parte matris. Terra sua in WULRINTONE valet annuatim xxiij libris, cum dominio, sine placitis et tailagiis; cum hoc instauramento, scilicet, v carrucis, ccc ovibus, x vaccis, et j tauro, x suibus, et j verre; sed non est ibi aliquod instauramentum nisi j vacca.

[1] "Adæ," MS. Lansd. [2] "DD," MS. Harl. Inde videas errorem alterius MS.
[3] "Nowers," MS. Lansd.

SECUNDUS ROTULUS DE DOMINABUS ET PUELLIS ET PUERIS DE BUKINGHAMSIRE, ET IN TERGO DE ROTELAND, DEMUM DE HUNTEDONSIRE.

MATILDA que fuit uxor HAMONIS MEINFELINI, que est xlvi annorum, est de donatione Domini Regis. Terra sua in STOKES valet vij libris et x solidis; et si esset bene instaurata, posset valere x libris.

Filius WILLELMI DE CHAUZ, qui est xv annorum, est in custodia Domini Regis, et per eum in custodia GAUFRIDI filii PETRI, elapsis ij annis: et terra sua in ETTANE valet ix libris cum hoc instauramento, scilicet iij carrucis, ij vaccis, ij suibus et xx ovibus; et si esset ibi quarta carruca, et iij vacce, et j taurus, et iij sues, et j verris, et iiij.xx. oves, terra valeret xj libris et x solidis.

HUNDREDUM DE BULENHAM.

BURNHAM, que est terra WILLELMI DE WINDESORE, et fuit in custodia matris sue ix annis, valet annuatim xx libris cum hoc instauramento, scilicet, iij carrucis, c ovibus, iij averis, vj suibus.

CHELHUNTE, que est terra HAMONIS filii HAMONIS MEINFELINI, valet annuatim x libris et dimidia marca de asiso redditu, et viij summis avene et dimidia. CESTRESHAM, que fuit WALTERI DE BOLEBEC, fuit jam x annis in custodia REGINALDI DE CURTENE, cum filia predicti WALTERI, et valet annuatim xxx libris.

HUNDREDUM DE MULESHOE.

EMME DE LANGETOT, que est lx annorum, est de donatione Domini Regis, de genere illarum de CHEDNEY et JOSCELINI CRISPINI. Terra sua in MULESOHE[1] valet iiij libris per annum; et si apponerentur centum oves, valeret xv libris. Heredes ejus sunt uxor ALANI DE DUNSTANVILLE, que est xxx annorum, et uxor ALARDI filii WILLELMI, que est xxiiij annorum.

IDA, que fuit uxor WILLELMI DE SCHIRINTONE, et filia HUGONIS DE BULLI, est de donatione Domini Regis, et est lx annorum, et habet iij filios et iij filias; primogenitus est xxx annorum. Postquam WILLELMUS obiit, cepit Dominus Rex terram suam in MULESHOE, et tenuit in manu sua jam v annis; et valet annuatim vj libris, et iij solidis, et

[1] Sic MS. de industria.

vj denariis, et ij anseribus et iiij caponibus; et si apponerentur ij carruce et dimidia, et c oves, et quinque vacce, et v sues, valeret x libris. Pars Domine, que est sexta pars, valet xxx solidis; et si apponeretur dimidia carruca, valeret xl solidis. Preter redditum, cepit Vicecomes de dicta villa lxij solidos et vij denarios.

CLARICIA, que fuit uxor PETRI MORELLI, est de donatione Domini Regis, et est xlv annorum; et habet j hidam et dimidiam in CRENDONE, de hereditate sua per servitium j militis, per[1] ad custum Domini Regis.

Filius PETRI MORELLI, et filius predicte CLARICIE, est xv annorum, et in custodia RICARDI DE COLUMBARIIS per Dominum Regem. Terra sua in EDINGGRAVE, quam tenet de GILBERTO PIPART, valet xl solidis sine instauramento; et si apponerentur j carruca, et c oves, valeret iiij libris. Terra in BORKESTAW valet x solidis, que est de feodo WILLELMI BASSET, sine instauramento; et si apponerentur dimidia carruca, et iij sues, et j verris, valeret xx solidis.

Filius GILEBERTI DE BOLEBEC, que[2] est xviij annorum, et in custodia WILLELMI DE CHARPUNVILLE per Dominum Regem. Terra sua in EIA valet x libris; et si apponerentur vj vacce, et j taurus, iiij sues, j verris, lx oves, terra valeret xj libris. In eadem terra sunt ij Domine, que sunt de donatione Domini Regis, quarum j est lxx annorum, et altera xl annorum, et habent duas partes dicte ville de EIA; et WILLELMUS DE JARPUNVILLE habuit jam v annis tertiam partem, cum herede, et recepit preter firmam, iij marcas.

In villa de BURTONE est quedam puella filia WALTERI DE BURTONE, de donatione Domini Regis, et est v annorum; et est heres de dimidia hida terre, quam debet tenere de Rege per serianteriam despensarie: et ipsa dimidia hida valet xij solidis sine instauramento, et cum instauramento valet xix solidis: et puella non habet in dominio nisi j virgatam, aliam tenet mater ejus in dote, et quedam alia dominia.

HUNDREDUM DE BUNESTOWE.

Domina de LATEBURIA, que fuit uxor JOHANNIS DE BIDUNE, et soror CAMERARII de HAMESLEPE, est in donatione Domini Regis. Terra sua in LATEBERIA valet vij libris; et si esset instaurata, valeret viij: et habet iiij filias maritatas, et j est maritanda.

MATILLIS VIS-DE-LUCO, que fuit filia JOHANNIS DE BIDUNE, est in donatione Domini Regis, et habet ij hidas in dote, que valent xl solidis; et ipsa habet j filium, qui est cum Rege, et ipse est xxij annorum.

MATILLIS DE CREMEDEWELLE, que [fuit] filia ANFRIDI filii RUALDI, et uxor RICARDI ALBI, est in donatione Domini Regis: et terra sua in dicta villa valet l solidis, cum hoc instauramento, scilicet, centum ovibus, et iiij suibus, et j verre: et ipsa est l annorum, et habet ij filios, quorum primogenitus est xxij annorum; et Rex reddidit ei terram suam, et preter eum habet ix filias.

[1] Forsan delendum *per*.

[2] Sic MS. At legendum est vel *Filia*, vel *qui*.

EMME DE LANGETOT habet ESINTONE et SINGELBERGE in dote, et valent x libris; et si apponerentur c oves, valerent xj libris; et sunt de feodo ROESIE DE AUBERVILLE.

PADEBERIA, que est terra HAMONIS filii HAMONIS filii MEINFELINI, valet iij libris et xij solidis, sine dominio; et dominium valeret iiij libris et x solidis, si esset instauratum; et modo valet xx solidis.

TUNEBRIGE, terra ejusdem, valet iij libris et viij sticas anguille[1] sine dominio; et si dominium esset instauratum, valeret ij libris et v solidis; et modo sine instauramento valet x solidis.

MATILDA, que fuit filia ROBERTI DE RIBLEMUNT, habet in BUKINGHAM xx acras terre in j campo, et xx in alio, cum prato quod adjacet terre; et est de donatione Domini Regis, et est lxxx annorum, et nullum habet heredem. Et defendit terram suam per serianteriam eundi in servitio Regis infra Angliam ad custum suum, et ultra mare ad custum Domini Regis; et tota terra valet xvj solidis, et non potest plus valere.

IN TERGO.

ROTULUS DE DOMINABUS ET PUELLIS ET PUERIS DE ROTELAND.

ROEISIA DE BUSSEY, que fuit filia BALDEWINI filii GILEBERTI, est in donatione Domini Regis, et est xl annorum. Terra sua in ISSENDENE valet x libris, cum hoc instauramento, scilicet iij carrucis, centum ovibus, sed desunt centum oves. Ipsa cepit x marcas de bosco suo infra hos viij annos, et xx solidos de placea. Ipsa habet ij filias heredes, altera est uxor HUGONIS WAK, altera JOHANNIS DE BULLI.

ALIZIA DE BIDUNE, soror WILLELMI MAUDUIT, est de donatione Domini Regis, et est l annorum. Terra sua in MORCOTE, cum pertinentiis, valet per annum x libris, cum j carruca que ibi est. Ipsa habet iiij filias: primogenitam habet HUGO DE CLINTON per Dominum Regem, secundam MILO DE BELLO-CAMPO, tertiam RICARDUS DE BELLO-CAMPO, quartam GAUFRIDUS filius GAUFRIDI. Preter firmam, cepit de terra sua post mortem mariti sui, de auxilio, xxiiij solidos.

ALIZIA DE BEAUFOW, que fuit uxor THOME DE BEAUFOW, est in donatione Domini Regis, que[2] fuit filia WALERANI DE ORRI et neptis ALEXANDRI filii NIGELLI: est xx annorum, et habet j filium heredem, qui est ij annorum. Terra sua in SEITONE valet annuatim viij marcis, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis, centum ovibus, ij averis, v suibus, j verre, et iiij vaccis. De firma terre sue recepit ipsa, hoc primo anno quo fuit terra in manu sua, xxvj solidos et x denarios, et ij libras piperis; et preter firmam dederunt ei homines iiij solidos, et iij summas avene.

[1] Lege *sticis anguillarum*: hoc est, octies viginti anguillis. [2] Forte leg. *et*.

ROTULUS DE DOMINABUS ET PUERIS DE HUNTEDUNSIRE, ET PUELLIS.

HUNDREDUM DE LEITONESTEDE.

KENEBOLTONE, que fuit de feodo WILLELMI DE SAY, fuit in manu Domini Regis cum filiabus predicti WILLELMI, et in custodia RICARDI RUFI per vij annos. Et preterea ab Augusto usque ad festum Omnium Sanctorum, et interim, recepit predictus RICARDUS de predicta villa, de asiso redditu, lv libras et xv solidos et xj denarios; et de auxilio iiij.xx. libras et iiij libras, et xiij solidos et iiij denarios; et de forefactis, lxj et iiij solidos et ix denarios; et de franccis hominibus pro exitibus et fine placitorum, xxiij libras et xij solidos et viij denarios; et de nemore quod vocatur la HAIE, xv libras; et de j vaccaria x solidos, de orreis centum et xxx libras. Preterea ipse RICARDUS duxit de curia dicte ville xx boves, et v vaccas, et iij averos. Preterea de predicta HAIA cepit ipse CC et xxij quercus, quarum xlij dedit ubi voluit, et de aliis fecit sibi fieri aulam et cameram in LEICESTRESIRE, et de lxxx fasciculis virgarum, quos cepit de predicta nemore quando ipse cepit villam. Ipsa valuit annuatim xxxij libris, et modo valet xl libris, cum instauramento viij carrucarum, qualibet de viij bobus, et CCC ovibus x ovibus, j tauro.

CLEMENTIA DE SANCTO CLARO est in donatione Domini Regis, et est lx annorum; et ipsa tenet HAIAM de WILLELMO DE LANVALEI, que valet annuatim xx libris, cum instauramento iiij carrucarum et CCC ovibus.

ROTULUS V.

ROTULUS DE DOMINABUS, PUERIS, ET PUELLIS DE NORFFOLK.

ALICIA DE HEMEFORD tenet HEMEFORD in dote, de dono GILEBERTI BLUNDI; et modo valet viiij libris, et cum instauramento j carruce et c ovium, posset valere x libris. Ipsa fuit filia RICARDI DE COLECHIRCHE, et est xl annorum, et tenet HEMEFORD de HUBERTO filio suo, qui est in custodia EPISCOPI ELIENSIS, et est xx annorum.

AGNES DE MUNDEVILLE tenet HEILESDUNE, et habet custodiam filiorum suorum per Dominum Regem; et HEILESDUNE est de feodo HUMFRIDI DE BUHUN, et valet modo xviij libris, et cum instauramento cc ovium, que possent ibi esse, villa valeret xx libris: et ipsa est l annorum, et fuit filia ROBERTI GRESLEY, et habet iij filios de TEODBALDO HAUTEIN, et primogenitus est xv annorum.

CECILIA DE BUNTORP est de donatione Domini Regis, que ij viros habuit, scilicet, HUGONEM DE SCOTCIA et EWSTACHIUM DE LEIHAM.[1] De HUGONE iij filios habuit, et de EWSTACHIO ij filios et ij filias. REGINALDUS filius suus primogenitus et heres, est xxiiij annorum, cujus pater EWSTACHIUS fuit de parentela COMITIS DE MEULAND, et consanguineus ROBERTI filii HUMFRIDI. Predicta CECILIA est de parentela COMITIS DE REDVERS, et est l annorum. Ejus terra in BUNTORP valet cum rationabili instauramento, viij libris: in eadem villa, ROGERUS DE HO tenet quartam partem feodi j militis de eadem CECILIA, preter illas viij libras. Predictus REGINALDUS filius suus, uxorem habet, scilicet, neptem Vicecomitis WIMERI, quam, ut WIMER dicit, per Dominum Regem habuit.

Filius ALBERTI GRESLEY est in custodia Domini Regis, et nunc est cum GILLEBERTO BASSET avunculo suo, per Dominum Regem, et est xj annorum. Villa de TUNSTEDE, que fuit predicti ALBERTI, est in custodia NIGELLI filii ALEXANDRI, et ROBERTI de BURRIUN, qui additis c ovibus, accreverunt firmam ville de xx solidis; et est villa ad firmam pro xx libris, nec posset amplius extendi. Dicta villa fuit in manu Domini Regis, jam per v annos, et a festo Sancti Michaelis usque ad Purificationem, in custodia THOME

[1] "Lecham," MS. Lansd.

BASSET; postea in custodia predictorum: primis ij annis, reddidit terra de TUNSTEDE xix libras, postea annuatim xx libras. Dictus ALBERTUS habuit j filium et iij filias.

Uxor que fuit RICARDI LA VEILE qui obiit ad festum Sancti Michaelis, est in donatione Domini Regis, et fuit filia AMFRIDI BUTETURTE, et est xxx annorum. Terra sua in HAINGES, quam habet in dote, est de feodo WILLELMI DE EDESFELD, et valet annuatim vij libris. RICARDUS heres predicti RICARDI LAVEILE, est vj annorum, et in custodia matris et avunculorum suorum, scilicet, THOME BASSET per Dominum Regem, sicut Vicecomes et Juratores testantur. Terra RICARDI filii predicti RICARDI, in WITONE, valet annuatim lx solidis, et de serianteria Domini Regis.

Filius ROBERTI filii RADULFI, qui obiit ad festum Sancte Crucis, est in custodia Domini Regis, et est nepos RANNULFI DE GLANVILLE, et adhuc cum eo; et est xv annorum. Villa sua de HERDESETA, est de feodo COMITIS BRITANNIE, et valet annuatim xxij libris et xiiij solidis, cum hoc instauramento, scilicet, iij carrucis, et vj vaccis, et vj suibus; et hoc ibi est, et plus pati non potest.

Uxor que fuit JOHANNIS DE BIDUNE[1] junioris, MATILLIS nomine, est in donatione Domini Regis, et est x annorum, et fuit filia THOME filii BERNARDI. Terra sua in KIRKEBI valet vj libris, cum instauramento j carruce, et non potest plus valere.

Due filie WILLELMI DE SAY, fuerunt in custodia Domini Regis, cum SUHAM que fuit terra ejus WILLELMI, et per Dominum Regem in custodia RICARDI RUFFI vij annis, et tanto tempore quantum est inter festum Sancti Petri ad vincula et xv dies post festum Sancti Michaelis; postea recepit GALFRIDUS filius PETRI, SUHAM, cum filia WILLELMI de SAY. Firma de SUHAM sunt annuatim, xxiij libre et xvj solidi et viij denarii, et verres xx, et xviij summe de brasio, et xxiiij summe de sale, et x arietes. Hanc firmam recepit RICARDUS RUFFUS vij annis, et in octavo anno ad unum terminum, vj libras et ij solidos et j denarium. Preter firmam recepit RICARDUS RUFFUS infra predictum terminum, de Soka de SUHAM iiij marcas, de auxilio et de placitis xxiij libras et iij solidos, de herietis hominum ix libras et xvij solidos, de gersumis iij libras et iij solidos et ij denarios, de ERNALDO DE MEISY ij marcas, de exitu orreorum infra predictum terminum, xxxiiij libras et xj solidos et xj denarios. Hoc instauramentum recepit RICARDUS in predicto manerio de SUHAM, xxx boves, et x averos, et j vaccam, et xl oves, et xiiij sues; et quando restituit manerium GALFRIDO, remanserunt in SUHAM xiiij boves et viij averi.

AGNES DE MUNTCHENESY est in donatione Domini Regis, et est lx annorum, que [fuit][2] filia PAGANI filii JOHANNIS, et habet iij filios; primogenitus vocatur RADULFUS, et secundus WILLELMUS, qui ambo sunt milites; tertius vocatur HUBERTUS, et est clericus. Ipsa habet ij filias, quarum una est nupta STEPHANO DE GLANVILLE, et altera WIL-

[1] "Badune," MS. Lansdown.

[2] Sic legere oportet.

LELMO PAINEL. Ipsa habet in HOLKHAM xj libratas terre, ... sine instauramento, et terra sua in HOLKHAM posset pati de instauramento, j carruce[1] et c oves . . . . valeret xiij libris. Ista terra est de feodo COMITIS SUDSEX, et dicta Domina tenet de RADULFO filio suo.

ADE DE TONY est in donatione Domini Regis, et est xxx annorum, et fuit [filia][2] ROBERTI DE CHAUMUNT, et j filium [habet,][2] BALDEWINUM nomine, qui est xv annorum, et ipsa habet v filias: et in HOLKHAM habet ipsa c solidatas terre, quas tenet de feodo ROGERI DE TONY, et plus non potest valere, et ipsa tenet de BALDEWINO filio suo.

AMICIA DE LIMESIA est in donatione Domini Regis, et est lx annorum, que fuit filia HAVELADI DE BID[UNE habet][2] ij filios milites, quorum primogenitus vocatur JOHANNES DE LIMESIA; plures habet filias. Ipsa habet in . . . . xl solidatas terre de feodo JOHANNIS DE LIMESIA; et de eo tenet.

MIDDELTON cum pertinentiis, cecidit in manum Domini Regis post mortem COMITIS WALTERI GIFFARD, quam villam WILLELMUS DE GERNEMUWE tenuit de Comite pro xx libris, et postea de Rege, qui tandem remisit ei iiij solidos annuatim, pro servitio suo. Post mortem WILLELMI, qui obiit elapsis iiij annis et dimidio, dominus Rex tradidit custodiam puerorum predicti WILLELMI, et custodiam predicte terre, RADULFO DE HANVILLE, pro xv . . . . . et valet annuatim xx libris, cum xij bobus et j caballo hercerio. Et si c oves, et v vacce, et v sues, et x juvenes porci, cum j porco j anni ibi . . . . . valeret xxj libris et dimidia. Predictus WILLELMUS, dum tenuit intra hos viij annos i . . . . . de placitis et fortunis et xij solidos et viij denarios, et j marcam de gersumis fem . . . et v solidos et x denarios de releviis liberorum hominum.

WILLELMUS DE GERNEMUE tenuit quoddam estagium de Domino Rege, pro vj libris, et RADULFUS DE HANVILLE tenet . . . . . puerorum, et tempore Henrici Regis avi Domini Regis: solet esse ad firmam pro x libris . . . . . runt propter estagium de DUNEWICH, et istud estagium colligitur in iij comitatibus, scilicet . . . . . colsire. Item RADULFUS DE HANVILLE recipit de predicta custodia in LENNA iiij marcas, ... xvj gallinas, et iiij altilia, de feodo EPISCOPI NORWICENSIS et aliorum dominorum. WILLELMUS . . . . . iij filios, quorum primogenitus est xxij annorum, secundus xviij, tertius xv, et sunt . . . . . .

Filius PETRI DE PELEVILLE, qui obiit xv diebus ante proximum festum Omnium Sanctorum, est in custodia Domini Regis . . . . . et habet fratrem qui nondum est j anni, et duas sorores que sunt cum matre sua, que est de . . . . . annorum. In BODENKIA habuit dictus PETRUS terram que est dos uxoris sue, de CONSTABUL. . . . . de dote sua, x solidos de redditu ad Pascha. Hec terra valet c solidis cum instauramento . . . . . bobus, et iij equis, et vj vaccis, et viij animalibus otiosis, et v porcis; et si alia car . . . . . terra valeret viij libris.

[1] Forte leg. *carrucam*.

[2] Sic legere videtur necesse.

ROTULUS V. IN TERGO.

BELENEIA que est de honore de HAGENET, est in manu Domini Regis cum heredibus PETRI DE PELEVILLE, a festo Sancti Thome Apostoli. Predictus PETRUS habuit ij filios; et primogenitus est xxiiij annorum, et est leprosus, et est in custodia Domini Regis, et habet sustentationem in hospitio. Secundus nondum est j anni. Preterea dictus PETRUS habuit ij filias maritandas; primogenita est xiiij annorum, secunda v annorum. ROBERTUS DE WELLE et WILLELMUS DE ESSEDEFORD receperunt custodiam ad festum Sancti Thome Apostoli, qui de omnibus exitibus, scilicet, de redditibus et perquisitis, receperunt iiij libras et viij solidos et vij denarios. Et hoc manerium valet x libris, cum instauramento quod ibi est, scilicet, j carruca de vj bobus, et ij equis, et viij vaccis, et lxvj ovibus inter oves et agnos, et xviij porcis: et cum pleno instauramento, scilicet, iij carrucis, qualibet de vj bobus, et ij equis, et j hercerio, et xx vaccis, et ccc ovibus, et xxx porcis, villa valeret xvj libris post hunc annum: et precipitur instaurari.

Uxor PETRI DE PELEVILLE est in donatione Domini Regis, et est xlvj annorum, et nata de militibus, et habet BODENEIAM in dote.

BEATRICIA DE SAITONE tenet feodum dimidium militis de eschaeta WALTERI GIFFARD, et est heritagium suum, et valet per annum xl solidis. Ipsa est l annorum, et habet vj filios, et j filiam maritandam: primogenitus est xxj anni,[1] et sunt nati de militibus.

MARIA uxor GWIDONIS EXTRANEY, est in donatione Domini Regis, et habet in dote RUNGETON de feodo de WERMEGAI; valet villa annuatim xiiij libris. Ipsa est xl annorum, et nata de militibus et baronibus. Habuit ipsa iij[2] Dominos. Dotes ejus in maritagium sunt in diversis comitatibus.

HUNDREDUM DE CRAVERING.

AGNES DE MUNTCHENESY habet in hundredo de CRAVERING, BERGCHE, que valet annuatim xx libris, et est de feodo SANCTE ETHELDREDE.

HUNDREDUM DE HAPPINGES.

AGNES DE MUNTCHENESY, tenet in hundredo de HAPPINGES, xvj libratas terre in SUTTONE, de feodo ROGERI LE BIGOT.

RICARDUS DE COLEKA, tenuit villam de HEMESTEDE in eodem hundredo, que est feodum dimidium militis, et tenebat in capite de Domino Rege, et mortuus est; et

[1] Forsan leg. *annorum*.

[2] "duos Dominos," MS. Lansd.

GAUFRIDUS PECCHE cepit uxorem suam, per HUGONEM DE CRESSI: et quedam neptis predicti RICARDI remansit heres ejus inde, et ROGERUS DE DINOSIO cepit eam in uxorem per HUGONEM DE CRESSI, et ita habet terram illam, que valet xij libris.

ROGERUS filius RICARDI VECLE, est heres j carrucate terre in HERPINGHAM, que est de feodo WILLELMI DE EDISFELD, que valet iiij libris cum instauramento j carruce: et ipse est in custodia matris sue et patruorum suorum per Dominum Regem, et est vj annorum; et mater sua habet ij filios et v filias; et predictus ROGERUS est nepos GWIDONIS BUTETURTE, et cognatus WILLELMI DE EDISFELD, et mater sua est xxx annorum.

AGNES DE MUNDAVILLE habet villulam que vocatur HORNEDES, in dote, de baronia HUMFREDI DE BUHUN: eadem villa valet annuatim x libris cum instauramento ij carrucarum: et ipsa et iij pueri sui sunt in custodia Domini Regis, et primogenitus filius ejus est xiiij annorum, et fuit filius TEODBALDI HAUTIN et nepos ALBERTI GRESLEI; et predicta ANGNES est xl annorum.

SIMON filius WILLELMI BUTERIZ, est in custodia Domini Regis, cui EUSTACHIUS filius STEPHANI dedit filiam suam, per licentiam Domini Regis; et habuit custodiam predicti SIMONIS et terre sue in WIVERTONE, per vij annos. Predicta terra valet xviij libris per annum, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis de viij bobus, et vj equis, quolibet de iij solidis, et c et xl ovibus; et si apponerentur lx oves, terra valeret xviij libris et x solidis.

STOWE, que est dos MATILLIDIS DE BIDUNE, que fuit filia THOME filii BERNARDI, valet annuatim xj libris et xij solidis et ij denariis, cum hoc instauramento, scilicet, ij carrucis de viij bobus, et vj equis, et iiij vaccis, et iiij . . ovillis . . xv . . . . et cum ij suibus, et j verre: et si CC oves ibi apponerentur, que possent ibi esse, tunc valeret ij libris et xv solidis et viij denariis. Hanc firmam recepit THOMAS filius BERNARDI ij annis, et opt[1] . . . . iiij libras et iiij solidos de adquisitionibus; et preterea JOHANNES DE BIDUNE Junior, C et x solidos. EUGENIA uxor THOME filii BERNARDI, que modo habet custodiam, post mortem predicti JOHANNIS, cepit xlv solidos et vj denarios, et firmam j anni, scilicet, xj libras et xj solidos et ij denarios.

LAURETTA PICOT, que fuit uxor HUGONIS DE BURDELEIS et filia EUSTACHII PICOT, est de donatione Domini Regis, et est xl annorum, et habet vj filios et ij filias: et WILLELMUS, filius ejus et heres, est xxvj annorum. Ipsa habet medietatem ville de SCULETONE cum pertinentiis de TUMESTEDE, que valet annuatim iiij libris et viij solidis et . . denariis, cum hoc instauramento, scilicet, j carruca de vj bobus, et ij equis, et cum vj vaccis, et xl ovibus; et additis xx ovibus et iiij vaccis et iiij suibus, terra valeret C solidis et xij denariis. Hanc terram tenet LAURETTA sicut hereditatem suam.

[1] Forsan legendum *cepit inde*.

RICARDUS V . . E est per Dominum Regem in custodia patruorum suorum, et est vj annorum; et habet in hundredo de HOLT xxiiij solidos de redditu, quos pater suus habuit ex dono Regis.

. . . . . LANGETOT est de donatione Domini Regis, et est lx annorum, et habet in hundredo de HOLT feodum j militis, et iij partes feodi j militis, quas alii tenent. Dominium suum in BINETRE valet lx solidis annuatim, cum instauramento j carruce de iiij bobus, et ij equis, et j herzurio: et in hundredo de EINEFORD habet ipsa ij milites fefatos, et ij partes j militis.

. . . . C . . . A habet in villa de SUNTERLEIA, xij libratas terre, de feodo WILLELMI DE WARENNIA.

WILLELMUS BUTERICH habet in hundredo de EINEFORD, terram que valet C solidis annuatim, cum hoc instauramento, scilicet, iiij bobus, ij equis, j herzerio.

SIMON TRESGOZ, filius GAUFRIDI DE TRESGOZ, est nepos ROBERTI DE GRESLEY, et in custodia Domini Regis, et per eum fuit in custodia ROBERTI DE LUCY, cum terra sua . . . . . octo annos; que terra fuit jurata ad valentiam xv librarum, sed ROBERTUS posuit eam ad firmam pro xx libris, cum instauramento j carruce: et si apponerentur iiij vacce et C oves, terra valeret xxj libris et iiij solidis: et dictus SIMON est . . . . annorum.

. . . . . REINHAM, qui[1] est in custodia EUSTACHII filii STEPHANI, valet annuatim x[1] . . solidis, quos predictus EUSTACHIUS recepit hiis viij annis.

HUNDREDUM DE GALEHO.

. . . . . in custodia Domini Regis, et per eum in custodia NIGELLI filii ALEXANDRI, et est ij annorum et dimidii, cum CREK, terra sua; de qua . . . recepit, postquam habuit custodiam, xvj marcas et vij solidos et iij denarios, de omnibus exitibus; et habuit custodiam per annum et quantum . . . . . diebus ante festum Sancti Botulfi. Hoc est instauramentum, scilicet, ij boves, j vacca, vij equi, et xxxj oves; et valet cum instauramento x libris; et additis ij bobus, et v vaccis, et x porcis, et CC ovibus, valebit villa xv libris.

. . . . . est xx annorum, et fuit filia W . . . de . . . . . et neptis NIGELLI filii ALEXANDRI, et in ejus custodia per . . . . . custodia Domini Regis.[2]

[1] Sic in Harl. alter habet *que*, et *xv*.

[2] Dewesius animadvertit "Reliquum ex magna parte exeditur et mutilatur, quod continet duntaxat tres lineas et dimidiam."

DE DOMINABUS ET PUELLIS QUE SUNT DE MARITAGIO REGIS.

ROTULUS VI.

PRIMUS ROTULUS DE SUDFOLK DE DOMINABUS ET PUERIS ET PUELLIS.

GILEBERTUS filius WALTERI PIKARDI, qui est xx annorum, est in custodia Domini Regis cum terra sua, quam GILEBERTUS DE VERE habuit in custodia sua jam viij annis elapsis, et omnes[1] exitus inde recepit. Terra sua valet xx solidis, cum hoc instauramento, scilicet, xx ovibus, et ij vaccis, et ij equis; et hoc servitium debet terra Domino Regi, scilicet, j arcum et sagittas, et j gladium, et j saccum cum brocca, ad servitium Domini Regis, cum ierit cum excercitu in WALLIAM.

MABILIA DE HELIUN,[2] que est lx annorum, est de donatione Domini Regis, cujus heres est ROBERTUS DE HELIUN; et ipsa fuit filia ROGERI filii RICARDI. Terra sua quam tenet in dote, valet annuatim c solidis, cum hoc instauramento, scilicet, xl ovibus, vj bobus, ij equis, ij suibus, et j verre.

HUNDREDUM DE LAFORD.

In YKINLINGHAM, tenet WALTERUS filius WILLELMI, unam terram de feodo STEPHANI DE BELLO-CAMPO; unde reddit xlij denarios OSBERTO DE GLANVILLE, qui habet custodiam terre predicti STEPHANI cum herede.

HUNDREDUM DE BABENG.

Heres RADULFI DE HAUDEBOVILLE, qui nondum est j anni, est in custodia Domini Regis, et per eum in custodia RANNULFI DE GLANVILLE, cum ij partibus ville de AKETONE, que valent annuatim xx libris; et tertiam partem predicte ville, habet uxor que fuit predicti RADULFI, que est neptis RANNULFI DE GLANVILLE, et in ejus custodia.

AMFRIDA DE WINEMERSSE, que est lx annorum, est in donatione Domini Regis. Terra ejus valet xx solidis; et habet vij infantes, et heres ejus est xviij annorum.

[1] MS. Harl. "omnis."

[2] "Heling," MS. Lansd.

LETICIA, que fuit uxor WILLELMI filii MABILIE, que est lx annorum, est in donatione Domini Regis, et terra ejus valet iiij libris annuatim, et est soror WILLELMI DE KIVELI.

CRISTIANA, que fuit uxor WARENGERII DE HOCXENE, est l annorum, et est in donatione Domini Regis: et ipsa tenet dimidiam carrucatam terre in DENHAM pro iij denariis, qui dantur ad firmam Regis, et valet j marca per annum; et preterea, ipsa tenet vj acras pro ij solidis, de EPISCOPO NORWICENSI; et de WALKELINO Archidiacono tenet ipsa v solidatas terre, et valet dimidia marca annuatim: et habet filium heredem, qui est xviij annorum, et preter eum iij filias.

MATILLIS, que fuit uxor PHILIPPI DE COLUMBARIIS, est in donatione Domini Regis, et est xl annorum; et filius suus est xviij annorum, et est cum Rege: et ipsa habet xl solidatas redditus in villa de AKHOLT, et puer habet terram per Dominum Regem.

HUNDREDUM DE KARLEFORD.

Heres STEPHANI DE BELLO-CAMPO, fuit in custodia Domini Regis anno preterito, a dominica Passionis Domini illius anni, usque ad festum Apostolorum Simonis et Jude, cum villa de CLOPTONE; et per Dominum Regem fuit in custodia GILEBERTI DE COLEVILLE toto predicto termino, qui interim inde cepit de uno homine pertinente ad predictam terram, ij marcas. Hec terra cum dicto herede, est modo in custodia OSBERTI DE GLANVILLE, et valet annuatim vj libris; cum hoc instauramento, scilicet, j carruca de viij bobus, et ij equis, et j herzerio, et ij vaccis, et iij suibus, et j verre, et xx ovibus, et plus instauramenti non potest sustinere, nec firma augeri. Heres predicti STEPHANI fuit iiij annorum, ad Pascha proximo preteritum.

MATILLIS, que fuit uxor GILEBERTI DE COLEVILLE, et filia ROBERTI DE BOSEVILLE, est de donatione Domini Regis, et in custodia RANNULFI DE GLANVILLE; et habet de maritagio in hundredo de HERTESMERE, de feodo STEPHANI DE MUNTCHENSI, vij libratas reddituum: et est xxvij annorum, et heres suus est xij annorum, et in custodia RANNULFI DE GLANVILLE.

Eadem MATILLIS habet in hundredo de COLENEXE, in villa de FALTHAM unam terram que valet annuatim iiij libris, et est de feodo ROGERI BIGOT; et ipsa habet ij filios et vj filias.

ALEXANDRIA mater GILEBERTI DE COLEVILLE, est in donatione Domini Regis, et est lx annorum. Terra sua in KENINTON valet per annum xx solidis.

Eadem ALEXANDRIA tenet xx solidatas in KENETON ad firmam, que fuerunt GILEBERTI DE COLEVILLE filii sui, et respondet inde custodi predicti GILEBERTI; et hoc est instauramentum, scilicet, vj boves, ij equi, j hercerius, nec potest plus pati. Terra predicti GILEBERTI in GATEGRAVE, reddit per annum xj solidos. Terra sua in CAMPESSE, reddit per annum iiij solidos et vj denarios.

Filius ALBERTI DE GRESLEY est in custodia Domini Regis, et habet iij sorores, que sunt infra etatem, et ipse xj annorum.

HEREBERTUS filius ROLLANDI tenuit terram suam de Rege, sicut Joculator, et habuit in hundredo de BOSEMERE xxx acras, quas uxor ejus, que est xl annorum, et heres suus, qui est xiij annorum, tenent. Uxor fuit filia WALTERI DE HECCHAM, et habet v filias preter filium.

MARGARETA COMITISSA est de donatione Domini Regis, et est xl annorum, et COMES BRITANNIE habet filiam suam, et ipsa habet j filium de HUMFRIDO DE BUUN, qui est infra etatem. Ipsa tenet villam de WISSINTON in dote, et valet annuatim xxviij libris. Predicta villa fuit seisita in manum Domini Regis, a festo Ascensionis Domini usque ad Vincula Sancti Petri, et interim recepit inde RAUNULFUS DE GLANVILLE l solidos.

MATILLIS DE BEAVERIO est de donatione Domini Regis, et est l annorum, et WILLELMUS DE BEAVERIO est filius ejus. Ipsa tenet CRATELEFORDE in maritagio, et valet annuatim x libris.

HUBERTUS BLUNDUS, filius WILLELMI BLUNDI, est in custodia Domini Regis, et per eum fuit, ipse et terra sua, jam per viij annos, in custodia ELIENSIS EPISCOPI: et ipse est xx annorum, et fuit nepos HUBERTI DE MUNTCHENESY. Terra sua de YXEWURTH venit in manum Episcopi ad festum Sancti Michaelis post mortem SARRE DE MUNTCHENESY, et valet predicta villa xv libris, cum instauramento quod ibi est, scilicet, xij bobus, et iiij equis, et j hercerio: et si apponerentur CC oves, et vj vacce, et j taurus, et iiij sues, et j verris, tunc valeret manerium xvij libris et x solidis. Bailivi Episcopi receperunt de dicta villa, de firma, ad festum Omnium Sanctorum, xiiij solidos et ij denarios et obolum; ad Natale xl solidos et iiij denarios et obolum; ad Pascha xli solidos et iij denarios; ad Pentecosten iiij solidos et ij denarios et obolum; et de gersumiis lx solidos, et de aliis fortunis vij solidos et vj denarios: et heres per preceptum Episcopi recepit xl solidos de auxiliis.

ROTULUS VI. IN TERGO.

EFFELDIA et WALESHAM sunt maneria predicti HUBERTI BLUNDI, et fuerunt WILLELMI patris sui, et fuerunt in manu ELIENSIS EPISCOPI cum herede viij annis: et reddunt modo annuatim xxxj[1] libras, cum instauramento ij carrucarum, que sunt apud WALESHAM, de xvj bobus et v equis, et cum vj vaccis, et j tauro, et C ovibus, et v suibus, et j verre; et cum ij carrucis, que sunt apud EFFELDIAM, de xij bobus et v equis, et vj vaccis, et j tauro, et C ovibus, et v suibus, et j verre; et predicte ville non possunt plus instauramenti sustinere, nec plus valere. In primo anno de hiis viij annis

[1] "xxx lib:" in MS. Lansd.

elapsis, recepit EPISCOPUS ELIENSIS de illis ij maneriis, x libras et v solidos: et in secundo anno sequenti, recepit idem Episcopus de hiis duobus maneriis, xj libras et xix solidos et ix denarios, tam de firma quam de perquisitis: tertio autem anno, recepit ipse inde xxiij libras et xix solidos et ix denarios, tam de firma quam de perquisitis: in quarto vero anno, idem inde [recepit] xx libras et vj solidos et viij denarios, tam de firma quam de perquisitis, et de bladis venditis et omnibus modis; preterea Episcopus habuit eodem anno de WESTLESTONE, que illo anno cecidit in manum Episcopi, ad opus heredis:[1] in quinto vero anno recepit Episcopus de dictis ij maneriis, xx libras et iij solidos et iiij denarios, de omnibus exitibus; et preterea de WESTLESTONE vj libras: in vj^to^ quidem anno recepit Episcopus de dictis duobus maneriis, xxj libras et ij solidos et v denarios, de omnibus exitibus; et preterea de WESTLESTONE vj libras: in septimo autem anno posuit Episcopus predicta ij maneria ad firmam, pro xxxvij libris, cum vj libris de WESTLESTONE, quam firmam idem Episcopus recepit: in octavo quidem anno, scilicet, in presenti, recepit Episcopus medietatem firme sue, de ij terminis jam preteritis, scilicet, xv libras et x solidos; et preterea iij libras de WESTLESTONE. Preterea homines utriusque manerii dederunt heredi WILLELMI BLUNDI, ad auxilia, viij marcas.

HUBERTUS DE MUNTCHENESY fuit in custodia Domini Regis, et per eum in custodia ELIENSIS EPISCOPI, cum terra sua de STRETFORD, que est de Baronia HENRICI DE ESSEX, quam Dominus Rex ei restituit ad proximum Pascha. Et EPISCOPUS ELIENSIS recepit inde annuatim, dum habuit custodiam, viij libras.

HUNDREDUM DE LOSE.

STAVERTONE et CLAKESTORP et PARVA FARLINGHAM sunt de honore de EYA. STAVERTONE, ex qua fuit in manu Domini Regis et Vicecomitis, reddidit annuatim de firma xx libras, cum hoc instauramento, scilicet, vj bobus, j equo, iiij vaccis, et iiij suibus, et lx ovibus: et si adderentur lx oves, villa valeret annuatim xx libris et x solidis; et precipitur instaurari. Preter firmam recepit Vicecomes intra hos viij annos, ij marcas, et annuatim xx gallinas, et de ADAM DE EIK iij marcas pro forefacto.

CLAKESTORP reddidit annuatim vij libras et ij solidos de firma; et preterea recepit JODLENUS, de placitis v solidos, et iij solidos de gersuma. Preterea xiiij acre de guastiva[2] sunt in dominio, que nullum unquam fecerunt servitium.

PARVA FARLINGHAM reddidit annuatim ix libras, cum hoc instauramento, scilicet, vj bobus et j equo; et non potest plus pati instauramenti, nec plus valere: preterea homines dederunt Vicecomiti annuatim, infra hos viij annos, j marcam preter firmam.

[1] Non dicitur quantum tunc habuerit.

[2] Terra *Guastica* vocabatur ager proscissus quidem, non tamen satus.

ROTULUS VII.

